CONSECTARIA

I.

Pessimè Cicero C. Julium Cæsarem jure occisum statuit.

II.

Quid juris sit civibus in tyrannum, merè Juridica quæstio est, neq; ad suggestum, nedum ad certam confessionem fidei pertinet.

III.

Nulla major injuria Regibus ac Principibus inferri potest, quàm cùm sancrosancta ipsorum Jura & inviolabilis potestas tyrannis asseruntur, & cum iis Ipsi miscentur & confunduntur.

IV.

Crimen læsæ Majestatis est tyrannis asserere impunitatem, nedum inviolabilitatem.

V.

Atheismi præcipua species est, religionem applicare rationibus Politicis.

K Jam

* * * * * * * *

JAm Te qvarta meo ſuſtentat limine meſſis,
Grate inter paucos Hoſpes, nulliq; ſecunde!
Omnibus intentum libris, doctasq; legentem
Aſſiduo ſudore artes, ceu vallibus Hyblæ
Sedula apis variis ex floribus optima cogit
Mella, favosq; replet, venturi haud immemor ævi.
Finis adeſt operum tandem, limenq; paternum
Te revocat, fructusq; petit, ſperataq; tanti
Munera Depoſiti. Sed Tu prius ardua ſcandis
Limina legiferæ Themidos, fœcundaq; promis
Pectora, diſſertans graviter, quid publica Jura
De confirmando diſponant fœdere pacis?
Quidve habeat juris, quondam qui captus ab hoſte
Ad ſua regna redit, & limina nota ſalutat?
Macte Tuo ingenio! Sic Te Tua Fama manebit
Æterna ad Viadrum. Reducem ſic patria amabit,
Lætaq; portarum venienti limina pandet.
Et mea Muſa piis precibus comitata ſequetur:
Ibone, quo virtus Tua Te, Fortunaq; ducunt,
Grandia laturus meritorum præmia, Patris
Gloria, Matris Amor, Fratris Decus atq; Columna!

Ita Honoratiſſimo Domino Affini, Auditori juxtà ac Domeſtico ſuo exoptatiſſimo publicè Diſputanti, applaudit debitè,

MARCUS Rhode / D. Cod. Juſtin. P. P
Ordin. & Jur. Facultatis Senior.



ERRATA

Pag. 1. n. 1. lege: odiorum tenaces *p. 2. lin. 22.* Ulcerationum. *p. 3. l. 1.* pervagata. *n. 10.* extorta *p. 5. l. 23.* controverſa. *p. 6. l. 5.* partium. *l. 30. pro:* ex illis &c. *lege:* illa ex bellis naſcuntur, ex hac bellum. *p. 8. l. 29.* juribus. *p. 18. l. 3.* dedentis ſed ſuo. *p. 21. l. 23. dele:* inte *p. 25. l. 22.* Æn. *l. 23.* quæve. *p. 28. l. 28.* ſe *p. 31. n. 10. 11.* ratione *p. 32. l. 22.* inexpiabile *p. 34. l. 13.* incendiarium. *p. 45. l. 24.* proceſſu *p. 47. l. 14.* Verviniana. *p. 60. l. 28. pro nc. l. ac.*

Cœtera candori lectoris relinquimus.

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS 6.

DE

SUGGESTIONIBUS, EARUMQVE JURE,

quam
DIVINA FAVENTE GRATIA
EX CONSENSU ET AUTORITATE
MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS
IN ALMA VIADRINA
SUB PRÆSIDIO
VIRI MAGNIFICI, PRÆNOBILISSIMI, CONSULTISSIMI ATQUE EXCELLENTISSIMI

DN. HENRICI COCCEJI,

JCTI FAMIGERATISSIMI,
SERENISSIMI ATQUE POTENTISS. ELECT. BRANDENBURGICI CONSILIARII, FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARII, ET p. t. DECANI SPECTABILIS,

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROq; JURE HONORES & PRIVILEGIA DOCTORALIA consequendi,
Ad diem XXIX. Jun. An. O. R. M. D CXCI.
publico Eruditorum Examini submittet

JOHANN JOACHIM Busse/

Judicii Provincialis Meclenburgici Advocatus.

Francofurti, Typis CHRISTOPHORI ZEITLERI. 1710.

Caput I.

De
Suggestionibus, earumque Jure in genere.

§. I.

Dissertaturus paucula de Suggestionibus earumq; jure, operæ pretium esse duxi, si ex monito JCti Ulpiani *L. 1. ff. de J. & J. l. 1. pr. ff. de R. cred.* & Caji *l. 1. ff. de O. J.* ad meliorem rei intellectum generalia quædam præmitterem, & in originationem vocum prius inquirerem, cum certum sit, quod ad cognitionem alicujus negotii, nihil magis conducibile reputetur, quam explorata nominum significatio. Aristot. *lib. 6. Topic. cap. 1. & 3. & lib. 1. de Cælo cap. 11.* utpote ex quorum notione inducimur in ipsius rei cognitionem. Cic. *lib. 1. Offic. pag. m. 5.* Gell. *l. 13. cap. 10.*

§. II. Descendit autem nomen Suggestionis à simplicibus notissimis, præpositione sc. Sub & verbo Gerere. Illa particula Sub quam varias aliàs admittat significationes hic longius recitare supervacaneum duco, siquidem hoc ex professo tractat Dn. Strauch. *in Lexic. Partic. Jur. in voc. Sub.* ad quem brevitatis causa B. L. remitto. Hic denotat causam impulsivam, prout ex composito facile liquescit. Quippe suggerere in communissimo significatu idem est, quod suppeditare, subministrare, ansam præbere, de quo vid. *Lexic.* Et quamvis interdum etiam ponatur pro narrare, referre. *Cap. Suggestum. 15. X. de Appell. cap. Suggestum. 9. X. de Decim. cap. Suggestum 20. X. de Jur. Patron.* nec non pro rememorare, in memoriam revocare, ut in illo Cic. *de Fin.* Si memoria forte defecerit, tuum est, ut suggeras; tamen significationes istæ non sunt hujus loci.

§. III. Ipsa Vox Suggestio, quantum ipse equidem meminerim,

 in *ff.*

in *ff.* nostris non occurrit, neque etiam ævo Ciceronis eandem in usu fuisse, reperire licuit. In Cod. tamen *L. 2. de LL. & Jur. Can. cap. 1. X. de Confess. cap. super. 10. X. de Appell.* & alibi ejus mentio fit. Quin & à Dd. jam passim fuit usurpata, ut sic de legitimitate ipsius amplius dubitare ridiculum foret.

§. IV. Sumi alias posset quadrupliciter exemplo ceterorum Verbalium in Io, quemadmodum accurate notat Donel. *lib. 6. cap. 2.* Hic per Suggestionem indigitamus actum verbi, unde deducitur, ut sit suggestio actus suggerendi, sicuti Actio ipse actus agendi, cui exceptio opponi dicitur, in *L. 2. ff. de Except.* ut in illo Cic. *Offic. lib. 1.* Virtutis laus omnis in actione, (h. e. in agendo) consistit.

§. V. Juris vocabulum à Dd. passim enodatum, & in omnium fere libellis explicatum data opera prætereo, contentus, si sciamus, quemnam appellatio Juris recipiat sensum in frontispicio Disputationis nostræ, qui videtur hic esse, ut denotet id, quod circa Suggestiones in jure justum vel injustum est.

§. VI. Et hæc equidem de definitione nominali sufficere possent. Sequitur jam definitio realis, quam duplicem statuunt Philosophi, propriam sc. & impropriam.

§. VII. Illam, utpote quæ secundum regulas & accurata Philosophorum præcepta concinnari debet, in hac materia non tentabimus, cùm præsertim omnis definitio in jure nostro habeatur periculosa, *L. omnis 202. ff. de R. J.* nihilq; in perpetuum & generaliter definiri possit. *L. de Accessionibus. 14. pr. ff. de Diverf. Tempor. Præscript.*

§. VIII. Impropriam saltem B. L. hac vice pollicemur, quæ alio nomine descripto appellatur, secuti hac in parte JCtum Papinianum in *L. 1. ff. de LL.* qui legem describit, quod sit commune præceptum, cum tamen privilegia Leges sint. *§. sed & 6. Inst. de J. N. G. & C.* verum non communia præcepta sed particularia. *L. quod vero 14. & seqq. ff. de LL. l. 2. Cod. eod.* Zoesius *ad ff. d. t. num. 4.* imprimis, quod in nullo Autore (nisi opinio & memoria me fefellerit) perfectam omnibusque numeris absolutam de Suggestionibus definitionem me legisse meminerim.

§. IX. Improprie itaque definita Suggestio, est inductio, seu principium inducendi, ad hoc vel illud dicendum, faciendum, vel omittendum

tendum quod alias remoto isto ne dixissemus, fecissemus, vel omisissemus. Cujus descriptionis explicationi, cum ipsa per se satis pateat, non immorabimur.

§. X. De divisione adhuc quædam addenda erunt, ne confusè rem tractasse videamur, & eapropter incurramus reprehensionem & censuram *Gloss. in l. ult. §. ult. ff. ad L. Rhod. de Jact.* siquidem & ea, quæ divisim traduntur, commodius & facilius percipiuntur. *§. sed non usq; 3. Inst. de Legat.* Ubi tamen iterum dolendum, quod nullum hac in re Antecessorem conspexerimus, cujus vestigia premere potuissemus, nam quæ apud Scacciam, ut inferius dicetur, habentur, ad judicia tantum pertinent, & rem omnem penitus non exhauriunt.

§. XI. Salvo igitur aliorum accuratiori judicio impræsentiarum pro materiæ substratæ conditione & qualitate dividimus Suggestiones in universum in Externas & Internas. Illas dicimus, quæ à principio externo, has, quæ à principio proveniunt interno.

§. XII. Externæ iterum commodè scindi possunt in judiciales & extra judiciales, in apertas & palliatas, de quo videatur supra allegatus Scaccia *de Judic. lib. 1. cap. 86. n. 8.* in licitas & illicitas; quæ distinctio quidem quamvis repugnare videatur naturæ Suggestionum; cum omnes Suggestiones in jure sint illicitæ. Cothm. *Vol. 3. Cons. 29. n. 327.* Barbos. *Locupl. sub voce Suggestio.* dari tamen etiam suggestiones licitas, ex speciebus infra subjectis sine ullo negotio apparebit.

§. XIII. Internas Suggestiones subdividimus in naturales, quæ pro diversitate principiorum diversæ quoque constitui possunt, & supernaturales. Utrasque in Divinas & Satanicas.

§. XIV. Quarum distinctionum & subdistinctionum occasione plura disputari possent de Prophetiis, Divinationibus, Ecstasi, Inspirationibus, Revelationibus, Conscientia, Motibus primo primis, Motibus secundo primis, Somniis, Furore, Melancholia, Ebrietate, imo etiam de Suggestionibus ex æquitate, de quibus peculiaris & elegans textus extat in *l. 2. §. Item Varus 5. in fin. ff. de Aq. & Aqu. pluv.* Verum cum quædam ex his ab aliis jam accuratè sint discussa, pleraque etiam ad Forum spectent Theologicum & Philosophicum, & nos de Suggestionibus externis potissimum solliciti simus, ideoque ea fere omnia in medio jam relinquimus, exceptis tantummodo paucis de

Somniis, Furore, Melancholia & Ebrietate, quatenus sc. ista sub objectum juris cadunt, quorum tractationem reservavimus in *Cap. IV. hujus Disput.* ubi de iisdem quædam disserendi occasio dabitur.

§. XV. Id tamen hoc Cap. adhuc disquirimus, quid de conventibus istis Sagarum in famosissimo illo Monte Bructorum (Blocksberg) sit habendum, verone sc. isti contingant, an autem pro Suggestionibus & phantasmatibus diabolicis reputandi sint?

§. XVI. In qua quæstione enodanda nos τὸ posse à fieri omnino secernimus. Nam quod Satanas ex permissione divina realiter mancipia sua in certum locum transferre possit, nequaquam negamus, secus ac Joh Wierus *in tract. de Præstig. Dæm. lib. 2. cap. 4. s. 17.* & passim & *lib. de Lamiis cap. 5.* quem allegat & sequi videtur Harprecht. *in tract. suo Crimin. ad §. Item L. Cornelia. 5. Inst. de Publ. Judic. num. 258.* siquidem hanc translationem variis exemplis probatam dedit Balduin. *in Cas. Consc. lib. 3. cap. 5. cas. 7.* Paul. Grilland. *de Sortileg. Quæst. 7. n. 17.* eamq; defendere non esse hæreticum asserit Nicol. Rodriguez. in *Tract. Crim. Tom. 2. ad cap. cum Christus. 7. X. de Haret. quæst. 6. n. 2.*

§. XVII. Quod vero Sagæ quotannis stato tempore nocte sc. Jacobi, in certo loco congregentur, ibidemq; cum Satana saltent, epulentur, & luxurientur, id nugas aniles, merasque Suggestiones diabolicas esse credimus cum Theodor. Petr. *Concl. Crim. 167.* Joh. Francisc. Ponzinibin. *tract. de Lamiis n. 45. seqq.* Theod. Reinking. *in Responso Juris de Processu Sagarum. quæst. 1. n. 41.* non attentis istis, quæ in contrariam adducuntur à Paul. Grilland. *d. l. n. 31.* Leonhard. Lessio *de J. & J. lib. 2. cap. 44. Dubit. 3. n. 15. seqq.* aliisq; quam plurimas quas longo ordine citat & refellit Martin. Delrio *in Disquis. Mag. Tom. 2. lib. 5. Sect. 16. n. 4.* Joh. Georg. Gödelmann. *in tract. de Mag. lib. 2. cap. 4.*

§. XVIII. Est etenim Satanas mille Artifex, qui hominum sensibus sæpenumero tam artificiose illudere & phantasmata eorum ita regere callet, ut in locis à se desideratis esse videantur, cum tamen revera in cubiculis suis remaneant. Balduin *d. l.* Harprecht. *d. n. 258.* Besold. *in Thesaur. pract. sub voc.* Hexen / Unholden. Joh. Sperling. *Inst. Phys. lib. 2. cap. 4. quæst. 9.* Joh. Fichard. *Consil. Germ. 111. n. 2. seqq.*

§. XIX. Neque hic admittendum puto, quod forsan animæ Sagarum à Satana extra corpora abripiantur, & ad nocturna conventicula trans-

transferantur, vel quod loco veri corporis alius Dœmon in forma succubi interim ad latus Mariti reponatur, in qua opinione fuerint Jacob. Sprenger. & Henricus Institor *in suo Malleolo Maleficarum Part. 2. cap. 2. quæst. 1.* reprehensi eapropter ab Oldekop. contra Carpz. *Decad. 3. qu. 9. in f.*

§. XX. Nam cur non potius phantasticam & diabolicam statueres suggestionem cum Concilio Aquirensi *relato in Can. Episcopi. 12. C. 26. quæst. 5.* B. Dn. Luthero *Tom. 1. Jenens. f. 126.* Philip. Melancht. *tract. de Anima.* Joh. Fichard. *d. Cons. 111.* & aliis, quem realem animæ translationem? Et cur non potius Cacodœmonem cum suis Dœmonibus, Sagam vero cum suo Marito fuisse præsumeres? ut ex Alciato loquitur Joh. Georg. Gödelman. *d. l. n. 52.* Imprimis, cum experientia contrarium jam fecerit testatum, ipseq; meminerim casus, ubi famosissima quædam Saga ab amicis suis per totam Jacobi noctem custodita ad mane usque & corpore & animo præsens deprehensa fuit, quæ tamen postea inclusa carceri torturæque subjecta nihilominus de commessationibus & salationibus in monte Bructerorum multa gloriata fuit. Sicuti id ipsum etiam confirmat, aliisque quam plurimis exemplis corroborat sæpe alleg. Gödelman. & Sperling. *dd. ll.*

§. XXI. Ex quibus jam deductis etiam decidere facile erit, quid Sagarum delationibus, quæ ex hoc oriuntur principio, sit tribuendum? sc. easdem tanquam fallacissimas Diaboli suggestiones esse rejiciendas, nullumq; per se indicium facere neque ad capturam, neque ad torturam, prout idipsum per rationes tàm naturales quam legales deducit JCtissimus Dn. D. Stryk. *in Præm. tract. de Jure Sens. n. 52. seqq.* quem omnino vide.

§. XXII. Sed his omissis progredimur jam ad ulteriorem rei tractationem, secuturi quodammodo methodum ab Imperatore nostro Justiniano in ff. observatam. Si itaque

CAPUT II.
DE
Suggestionibus, earumque Jure circa Contractus.

§. 1. Di-

§. I.

Dispicienti, quid in materia Contractuum de Suggestionibus differri posset, occurrebat statim Dolus, quem duplicem esse ex Aristot. *6. Ethic. 13.* docent Excell. Struv. *in Synt. J. C. Exercit. 8. th. 23.* Lauterbach. *in Compend. Jur. tit. de Dol.* Eckholt. *ad ff. eod.* & Dd. passim, bonum sc. & malum. Conf. Cic. *Lib. 3. Offic. pag. m. 91. & seq.*

§. II. Nos utrumque Suggestionis speciem statuimus, diverso tamen respectu, sc. ut hunc inter illicitas, istum vero inter Suggestiones licitas reponamus.

§. III. Intelligimus autem hic dolum malum ex proposito, & qui contractui causam dedit, qualis is tantum esse dicitur, quo movemur & inducimur ad hunc vel istum actum vel contractum celebrandum, qui alias interpositus non fuisset. Dd. supra allegati. & Cujac. in *Recit. tit. Cod. de Rescind. Vend. per comparationem l. 5. & 10. C. d. t. & l. 13. §. 5. ff. de A. E. Vend.* V. g. cum te nolentem dividere induco per dolum, ut dividas, aut, cum emptor dolosè inducitur ad emendum, cum alias empturus non fuisset *Gloss. in l. quod venditor. 37. ff. de dol. mal.* Qui dolus in jure tam odiosus est, ut contractus ad dolosam suggestionem initus sit ipso jure nullus. *l. & eleganter 7. pr. ff. de dol. mal. l. in causa 16. §. 1. de Minor. l. Si dolo 5. Cod. de Resc. Vendit.*

§. IV. Id quod non tantum in contractibus b. f. sc. propter pleniorem & exuberantem in istis contractibus fidem obtinere, Dd. volunt comm. *Gloss. in d. l. & eleganter, verb. hoc ipso. ff. de Dol.* Dn. Brunnem. *eod. num. 3.* Bachov. in Treutl. *vol. 1. Disp. 28. th. 2. lit. F.* Gail. *lib. 2. observ. 2. n. 6.* Arnold. Reyger. *in Thesaur. Jur. sub voc. Dolus n. 5.* Carpz. *part. 2. Const. 34. Def. 9.* Dn. D. Hoppe *in Disput. de Contract. Claudicant.* & quos toto agmine allegat & sequitur Dn. D. Struvius *in Synt. J. C. Exerc. 8. th. 27.* Quam sententiam tanquam in Scholis & Foro receptissimam rationibus quam plurimis tuetur, & ad contraria respondet Zœsius *ad ff. tit. de Dol. mal. num. 3. & seqq.* Dn. Struv. *in Evolut. d. t.* Sed etiam in contractibus str. juris statuunt quidem plurimi, tum per *l. 2. §. adeo. verb. nulla est. ff. de pact.* tum per rationem, quod hodiè omnes contractus videantur esse b. f. *arg. Recess. Deput. Spirens. de anno 1600. §.* So viel nun. *152.* & ista distinctio plus contineat subtilitatis, quam utilitatis. Ludov. Molina *de J. & J. tr. 2.*

Disp.

Disp. 258. n. 9. & seqq. quos tamen acriter refellit B. Dn. D. Brunnem. *ad Inst. Exercit. 28.* §. *28.* & Excell. Dn. D. Srryke *in Disp. de Jur. Blandit. cap. 3. n. 29.*

§. V. Idem de Sponsalibus dicendum putarunt JCti Tubingenses in consilio, quod exhibet Harprecht. *in Rubr. Inst. de Nupt.* quod restringit B. Dn. Brunneman. ad fallacias insignes & suggestiones callidissimas & magni momenti *in l. de ætate 11. ff. de Int. in jur. fac. n. 25.* Add. Cypræus *de Sponsal. cap. 11.* §. *2. & 4.*

§. VI. Aliud tamen obtinere velim in contractu matrimonii, qui licet dolo sit elicitus, tamen valet. *Gloss. in l. à Divo Pio. 58. ff. de Rit. nupt. & in cap. cum dilectus. X. de his. quæ vi met. caus. fiunt.* Bald. *in l. cum Artemidoram. 4. Cod. ut in possess. legat.* Mauserus *in Explicat. tit. Inst. de Nupt. pag. m. 314.* Everhard à Middelburg *in Loc. Top. leg. Loco à matrimonio spirituali ad carnalem. 77. n. 2.* Gail. *lib. 2. obs. 93. n. 11.* Dn. Brunnem. *ad l. 7. ff. de Dol. mal. n. 7.* sc. propter indissolubilitatem vinculi matrimonialis. *Matth. 19.* & quod multa sufficiant ad infirmandos actus gerendos, quæ tamen consummatos dissolvere nequeunt. Ernest. Cothmann. *Disputat. Civil. lib. 1. Disp. 5. thes. 4.* Illustris Dn. à Rhetz. *ad Instit. Tit. de Nupt. thes. 7.*

§. VII. Modo tamen dolosæ istæ Suggestiones non concernant matrimonii substantialia, Cothm. *vol. 1. cons. 1. n. 525. & 735.* Dn. Stryk. *ad Inst. t. de nupt.* Quo etiam refero, si mulier virginem se professa postea ab alio deprehendatur imprægnata, nam tunc matrimonii pro ratione circumstantiarum vel dissolvendum vel pro nullo declarandum esse censeo. *Devt. 22. vers. 21 Novell. Leonis. 93.* Dedekenn. *vol. 3. Cons. lib. 2. Sect. 13. n. 30. 31. & lib. 4. Sect. 7. per tot.* Elias Röber *Disput. 2. th. 11.* Ungepaur. *Exerc. 3. qu. 8.* Carpz. *Jurispr. Eccles. lib. 2. Def. 192.* Ill. Dn. à Rhetz *d. l. th. 6.* Sebast. Schelkens *ad Inst. tit. de nupt. pag. 46.* secus ac statuunt Canones. *Can. un. Caus. 29. quæst. 1.* vid. Cypræus *de Sponsal. cap. 13.* §. *39. seqq.* Beust. *de Matrim. part. 2. cap. 349.*

§. VIII. Sed quæ de nullitate contractus superius dicta, ita declaranda erunt, ut contractus sit nullus in favorem decepti, hinc si deceptus actione ad interesse contentus contractui stare velit, tenetur & decipiens stare. Gothofr. *in l. 7. ff. de Dol.* Hartm. Pistor. *part. 1. qu. 23. n. 3.* Wesenbec. *ad ff. tit. de Contr. empt. n. 15. & tit. de Rescind. vend. n. 6.*

B Emanuel

Emmanuel Soaretz. *in Thes. Recept. sentent. sub voc. Contractus n. 299.* Carpz. *Part. 2. const. 34. Def. 9.* nec hic nullitatem allegare potest, sed contractus in ejus præjudicium reputatur pro valido. *Gloss. in l. 7. verb. hoc ipso ff. de Dol. mal.* Bachov. *ad §. semel Inst. Qui & ex quib. caus.* cum dolus nemini debeat patrocinari *l. nec ex dolo. 12. ff. de dol. mal. l. is qui dolo 69. ff. de R. V.* & in genere ei, qui dolo malo aliquid facit, non succurratur. Anton. Faber *in Cod. ad SCtum Vellej. def. 4.* Barbos. *Locupl. sub voc. Dolus. ax. 22.* Deceptis etenim non decipientibus jura subveniunt, *l. 2. §. sed ita demum. l. si decipiendo. 30. ff. ad SCtum Vellej.* nemoque ex delicto suo meliorem conditionem facere potest, ne quis doli sui præmium consequatur. *dd. ll. & l. 1. §. 1. ff. de Dol. mal. & met. except. L. non fraudantur. 134. §. 1. ff. de R. J.*

§. IX. Quod verum est, si fraudulentæ istæ suggestiones ab alterutro contrahentium fuerint adhibitæ; Nam, si tertii cujusdam dolo & calliditate aliqui ad contrahendum inducantur, contractus omnino tenet, & decepto datur contra tertium decipientem actio de dolo *l. 2. §. id. dico. ff. de Proxenet.* & ibid. Dn. Brunnem. *Gloss. in l. 7. verb. hoc ipso ff. de Dol. mal.* Zœs. *ad ff. h. t.* Dn. Struv. *in Synt. J. C. Exerc. 8. th. 29. & ibid. in Evolut.* suus enim cuique dolus, non alteri nocere debet. *l. alterius. 49. & l. factum 155. ff. de R. J.* & dolus circa unum hominem non porrigitur ad alium. *L. Fulcinius 7. §. si is qui. 5. ff. quib. ex caus. in possess. eat. Gloss. in l. fin. ff. ad SCtum Sillan.*

§. X. At quid si convenerit, ne dolus præstetur? & respondet JCtus Paulus *in l si unus 27. §. 3. ff. de Pact.* & Ulpianus ex celso in *l. contractus. 23. ff. de R. J.* quod ista conventio non valeat, Conf. *Gloss. in d. l. 27. verb. ne dutur. ff. de Pact.* quod tamen intelligendum erit de dolo futuro, non præterito, de hoc etenim valet. *d. l. 27. §. 4. ff. de Pact.* Menoch. *A. J. Qv. lib. 2. cas. 337. n. 14.* Quare Dn. Stryke pro cautela suppeditat, ut si quis dolo renuntiare velit, hoc faciat ex intervallo cum sic dolus non sit amplius futurus, sed præteritus. *in Cautel. Contr. Sect. 1. cap. 4. §. 10.*

§. XI. Aliter sane, ac de malo diximus, in bono obtinet dolo. Hæc enim solertia laudabilis dicitur in *l. 1. §. non fuit 3. ff. de dol. mal.* & prudentiæ adscribitur à Waremund. ab Ehrenb. *in tract. de Fœder. lib. 1. cap. 2. n. 61.* Quo respectu etiam contrahentibus se invicem circumvenire

venire naturaliter permisſum esſe perhibetur *in l. in cauſa 16. §. 4. ff. de Minor. l. item 22. §. 3. ff. locat. cond.* Grotius *de J. B. & P. l. 2. c. 12. n. 26.* (quod qualiter ſit intelligendum demonſtrat B. Dn. Brunnm. *ad dd. ll.* & Dn. D. Stryk. *in Diſput. de Foro Conſcient. cap. 5. n. 119. & ſeqq.*) cum non videantur fraudare edictum, qui ſibi proſpiciunt *l. ſi pupillus 42. ff. de Acquir. vel omitt. her.* Et huc quoque pertinet dictum Apoſtoli Pauli *2. Corinth. 12. verſ. 16.* Quare etiam mendacia à Dione *lib. 49.* narrata à quibusdam non improbantur, nec Themiſtoclis, quibus Xerxem è Græcia exigit. Barboſ. *Locupl. ſub voc. dolus ax. 18.* Quæ tamen & ſimilia cum grano ſalis ſunt accipienda, ſicuti pluribus deducit B. Dn. Brunnem. *in peculiari Diſſert. de Mendaciis, quæ inſerta eſt Commentario ipſius ad ff. tit. de Interrog. injur. fac.* Conf. Alber. Gentil. *de Legat, lib. 2. cap. 2. & ſeqq. & lib. 3. cap. 15. 16.* Cicero *lib. 3. Offic. pag. m. 88. & ſeqq.* Balduin. *in Caſ. Conſc. lib. 4. cap. ult. caſ. ult.*

§. XII. Cum hoc dolo Bono maximam affinitatem habent Blanditiæ, quæ cum Suggeſtionibus à Barboſa & Tabore ſub eadem collocantur Rubrica. Et hæ in contractibus omnino ſunt permisſæ per *l. ult. C. de his, quæ vi metuque &c.* ubi conventiones per potentiam extortæ infirmari præcipiuntur, non ergo, quæ blandimentis & mellitis ſuggeſtionibus ſunt obtentæ. Brunnem. *ad d. l. ult.* Tom. Sanchez. *de Matrim. lib. 2. Diſp. 7. n. 1. & ib. alleg.*

§. XIII. Sic venditor rem venditam laudare, & ita emptorem ad emendum pellicere non prohibetur, cum

Laudet venales qui vult extrudere merces.

licet id fiat cum aliqua alterius circumventione, de quo ſuperius. Idque ob rationem politicam, ne ſc. commercia turbentur. B. Dn. Brunnem. *ad l. 16. §. 4. ff. de Minor. n. 11. ſeqq.* & Dn. Stryke. *in Tract. de Caut. contr. Sect. 2. cap. 1. §. 10.* qui prior tamen in foro conſcientiæ talem venditorem, niſi exceſſum pretii reſtituat, tutum fore negat *ad l. ſciendum. 19. ff. de Ædil. Edict. n. 4.* Add. Johann Petr. de Ferrer. *Pract. aur. in forma libelli in cauſa venditionis. pag. 342.* Emanuel. Soaretz. *in Theſaur. Recept. ſentent. ſub voc. Contractus. n. 298.* Dn. Stryke *in Diſp. de Foro Conſc. cap. 5. n. 119.* licet id indiſtincte non ſit tenendum.

§. XIV. Sic quoque donationem blanditiis elicere eſt permisſum. Tholoſ. *Syntag. Jur. univ. lib. 39. cap. 9. n. 13.* Barboſ. Locupl. *ſub*

voc. Persuasio. ax. 1. Quod etiam de ceteris contractibus dictum volumus, præsuppositis tamen casibus, in quibus contractum in genere LL. permittunt. Dn. D. Stryke *in Disp. de Jure Blandit. cap. 2. n. 4.* Unde si Conjuges se invicem blandientibus suggestionibus ad donandum inducant, donatio ista non valebit, cum regulariter etiam his non adhibitis irrita sit. *l. 1. ff. de donat. inter Vir. & Ux.* ob rationem, ne amore mutuo se spolient, & altero non donante discordia inter Conjuges oriatur. *d. l. & l. 2. ff. d. t.* Berlich. *Part. 2. concl. 15.* Dn. Struv. *in Synt. J. Civ. Exerc. 30. th. 23. seqq. & Dd. passim.* Qua ratione cessante & ipsa Legum dispositio cessat. Barbos. Locuplet. *sub voc. Lex. ax. 31.* Hinc donatio reciproca eblandita, quatenus est æqualis, valet. *arg. l. quod autem 7. §. 2. ff. d. t. l. cum hic 32. §. 14. ff. eod.* Gail *lib. 2. obs. 40.* Berlich. *d. l. n. 11.* Carpz. *part. 2. Const. 13. Def. 18.* ut & Strenæ & Xenia modica. Excell. Dn. Struv. *d. l. th. 13.* ubi plures recenset exceptiones.

§. XV. Sed hæc blanditiarum approbatio ad importunas sollicitationes & suggestiones non est extendenda, cum hæ coactionem potius quam liberam voluntatem importent, & sic contractus taliter initus quasi metu factus sit irritus. Dn. D. Stryke *in Diss. de J. Blandit. cap. 3. n. 20.* quod tamen non nisi de justo metu verum esse constat.

§. XVI. Idem fere dicendum erit de actibus per Suggestiones mere violentas extortis, nisi quod hi sint ipso jure nulli, isti vero adhuc rescissione opus habeant, prout Dupondiis etiam in jure est notissimum.

§. XVII. Major sane difficultas subesse videtur in Consiliis, quæ præcipuam Suggestionis speciem circa contractus constituere, cuivis ad oculum pater credo.

§. XVIII. Dividunt ista Dd. commun. in indefinita s. absoluta, & determinata s. relata, vel quod eodem fere recidit, in simplicia & quæ vim aliquam impulsivam habent, sc. ut ista innoxia, hæc vero Consultori nociva reputent. *arg. §. tua tantum 6. Instit. Mand.* Bachov. in Treutl. *Vol. 1. Disp. 27. th. 5.* Wesenbec. *ad ff. tit. Mand. n. 7.* Barbos. Locupl. sub *voc. Consilium ax. 7.* quas & alias distinctiones equidem in materia delictorum non inutiles esse lubens concedo, in contractibus tamen & actibus licitis omnino repudiandas censeo. *auctoritate Gloss. in l. 2. §. tua autem. 6. verb. ex consilio. ff. Mand.*

§. XIX. Hinc talem Regulam formo; Quoties versamur in actibus

actibus licitis, toties consilii non fraudulenti nulla est obligatio. *l. consilii. 47. & ib. Gloss. ff. de R. Jur. cap. nullus 62. eod. in 6. Gloss. in d. l. 2. Mand. & in l. 1. §. idem Pomponius 14. verb. quia rem ff. Depos.* Bachov. ad Treutl. *dict. th. 5. lit. G.* Anton. Faber *in Cod. tit. de Oblig. & Act. def. 16.* Joh. Philipp. *Us. Pract. Inst. Justin. lib. 3. Eclog. 82.* ratio est *in d. §. 6. l. Mand. & l. 2. §. 6. ff. eod.* cum liberum sit cuique apud se explorare, an sibi expediat consilium, nec ne. Barbos. Locupl. *sub voc. Consilium ax. 6.* hæc etenim est natura consilii, ut quamvis excitet ad deliberandum, non tamen obliget ad sequendum. *L. cum pater. 77. §. mando 24. ff. de Legat. 2.* & ib. Bart. *cap. Olim. 7. X. de Arbitr.* Menoch. *de Præsumpt. lib. 6. præs. 34. n. 25. seqq. & Dd. passim.*

§. XX. Nec interesse puto, an alter sine consilio non fuisset facturus, prout id Dd. communiter limitare solent. *in §. 6. Inst. Mand.* vel an quis multijugis persvasionibus ad consilium amplectendum fuerit inductus, quemadmodum rem hanc conciliare videtur. Bachov. *d. th. 5. in f. Peckius in cap. nullis. 62. de* R. *J. in 6.* Frantzk. *ad ff. tit. Mandat.* cum ratio superius proposita sit generalis, & in istis quoq; casibus locum habere possit. Ludwel. & Vinnius *ad d. §. 6. Inst. Mand.* & sufficiat, quod intentio Consultoris bona sit, ex qua actus merito regulantur *l. sed an ultro. 10. §. 1. ff. de Negot. gest. l. verum. 11. §. sciendum 3. ff. de Minor. l. omnis 19. pr. de* R. *Cred. l. fraudis interpretatio. 79. ff. de* R. *J. l. verum est 39. pr. ff. de Furt.* licet eventus aliter responderit, siquidem non ex eventu, sed ex initio & intentione Prudentes omnia æstimare solent, ut ex Cujacio eleganter loquitur Barbos. Locupl. *sub voc. Eventus. ax. 4.* Add. Wesenbec. *6. Cons. 269. n. 41.* Quare etiam Tyraquellus generalem facit conclusionem, quod actus hominum non ex eventu sed consilio sint metiendi & dijudicandi. *tract. de Pœn. temp. caus. 51. n. 7. & 9.* Add. Gail. *lib. 2. obs. 7. n. 8. obs. 8. n. 3. & obs. 10. n. 7.* Conf. Lauterbach. *tit. Mand. pag. 287.*

§. XXI. Et sane admodum durum & periniquum foret, ut ille, qui b. f. & animo inserviendi proximo consilium impertiret damnum exinde incurreret, utpote cum ea ratione plurimi à studio promovendi utilitatem proximi deterrerentur, ad quod tamen quilibet vigore secundæ Decalogi Tabulæ est obstrictus. Conf. hic B. Dn. Brunnem. *ad l. 6. §. 5. ff. Mand. n. 10.*

§. XXII. Nec obstat huic nostræ opinioni l. 6. §. 5. ff. Mand. & §. 6. *Inst. eod.* cum LL. istæ concernant casum, si consilium ad certam personam sit directum. Lud. Well. *ad d.* §. *6.* imo de tali casu loqui videantur, ubi consultor simul de damno caverit? Er wolte dafür stehen / notante id Gothofredo *in l. 2. ff. Mand. lit. C.* conf. *l. si hereditatem. 32. ff. eod. l. 1. §. idem Pomponius. 14. ff. Depos.* nam hoc potius sapit mandatum quam consilium, & sic in casum damni actio mandati locum haberet *dd. ll.* Besold. *in Thesaur. Pract. sub voc.* Kriegischer Vormund. Vinnius *ad d.* §. *6. Inst. mand. n. 3.*

§. XXIII. Hinc recepta est Dd. sententia, quod consilium in certam personam directum degeneret in mandatum. Dn. D. Stryke *in Caut. Contract. Sect. 2. cap. 11. th. 17.* imprimis, si quis aliter non fuisset crediturus. Hilliger in Donel. *lib. 13. cap. 10. lit. I.* modo tamen animo mandandi id fuerit factum, secus enim, si animo consulendi. v. gr. si dixerit: Wenn es mich angienge / so wolte ich den Titio das Geld leihen. id quod posterius in dubio præsumitur *Dd. in l. sciendum 30. ff. de V. O.* Barbos. locupl. *in voc. Consilium. ax & in voc. Mandatum ax. 7. & 9.*

§. XXIV. Notanter autem in Regula addidi verb. *non fraudulenti*, nam si consilium fuerit dolosum, eandem cum dolo mereretur decisionem, de quo superius jam fuit actum. In dubio tamen consilii verba in bonam potius quam malam partem sunt accipienda. Bald. *in l. 1. C. de Serv. fugit. n. 15.* Decius *in l. consilii. 47. ff. de R. J. n. 12.* Alciat. *de Præsumpt. Reg. 3. præs. 1. n. 3.* Menoch. *A. J. Qv. lib. 2. cas. 351. n. 5.* cum interpretatio semper in meliorem partem fieri debeat. *l. semper. 56. ff. de R. J. cap. estote. 2. X. eod.* & ibid. Dd. & interpretatio ea in dubio sit amplectenda & præferenda, quæ delictum & dolum excludit. *l. merito 51. ff. pro soc.* Barbos. Locupl. *in voc. Consilium. ax. 13. & in voc. Interpretatio ax. 5. & 10.*

§. XXV. Ex dictis quodammodo puto liquere quid de Commendationibus s. literis Commendatitiis sit judicandum? sc. easdem regulariter scribenti sc. loquenti non nocere per *text. express. in l. 12. §. cum quidam 12. ff. mand. l. & eleganter. 7. §. fin. ff. de dol. mal. l. sciendum. 19. pr. ff. de Ædil. edict. l. 11. §. si ita quis 2. ff. de Legat. 3.* Nicol. de Passer. *de Script. privat. lib. 3. tit. de liter. commendat. n. 2.* Mascard. *de Pro.*

de Probat. vol. 2. concl. 628. n. 1. seqq. Arnold. Reyger. *in Thesaur. Jur. sub voc. Commendatio. n. 1.* Dn. Brunnem. *ad l. 17. ff. mand. n. 5. & l. ult. Cod. quod cum eo, qui in alien. n. 6. & ibid. alleg.* quippe Commendationibus nihil aliud intendimus, quam ut commendato benevolentia & humanitas exhibeatur, non ut cum ipso contrahatur. Finckelthaus *obs. 16.* Carpz. P. *2. Dec. 126.* Unde etiam literas has commendatitias magis adulatorias quam dispositivas dicit Hering. *de Fidejuss. cap. 18. n. 10.* & ex eo Dn. D. Stryke *in tract. de Caut. Contract. Sect. 2. cap. 11. §. 19.* Carpz. *d. l.* Lauterbach. *t. 1. mand. p. 187.*

§. XXVI. Aliud igitur dicendum, si commendans non in nudis verbis commendatitiis subsistat, sed insimul factum proprium promittat. v. gr. **Er möchte dem** Titio **auff sein** Parol **das Geld nur leihen / er wolte dahin sehen / daß er solte bezahlet werden.** Nam tunc omnino tenebitur. Köppen. *Dec. 36.* Dn. Mev. *ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 10. art. un.* Imo si aliter rem se habere sciat, maxime, si in utilitatem suam hoc fecerit, Commendator actione de dolo conveniri potest. *l. quod si 8. ff. de dol. mal.* Dn. Brunnem. *ad l. 17. ff. de mand. n. 7. & l. 2. ff. de Proxenet.*

§. XXVII. Sanè de *Jur. Lubec.* inter Mercatores Commentatio semper obligat. *d. art. un.* Et hoc inter Mercatores ubique fere receptum esse præter citatum Köppen, Carpzov. Mevium, testatur Marquard. *de Jur. Commerc. Part. 2. cap. 11. n. 69.* Arnold. Reyger. *in Thesaur. Jur. sub voc. Commendatio. n. 3.* B. Dn. Brunnem. *ad l. 17. ff. & ult. dd. tit.* ubi præjudiciis id ipsum confirmat. Conf. Excell. Dn. D. Petr. **Schultz /** *in Disp. de Commendationibus earumque Jure* ubi plura huc pertinentia reperies.

§. XXVIII. Reliqua, quæ de Suggestionibus ratione contractuum huc referri possent, sciens omitto, cum omnes Suggestionum species examinare nec animus mihi unquam fuerit, nec pagellarum angustia permittat.

§. XXIX. Id saltem Coronidis loco adhuc moneo, quod omnia, quæ de contractibus superius dicta etiam procedant in distractibus; Distractus siquidem judicantur secundum naturam & substantiam contractuum, & habent in se vim relativorum & contrariorum. *l. ab emptione, 58. ff. de Pact. l. nihil tam naturale, 35. ff. de R. J. l. 1. C.*

quando,

quando liceat ab empt. reced. Iisdemque continentur regulis distractus, quibus contractus, maximè cum eadem ratio est in utrisque, *Gloss. in l. 3. verb. ante impensum ff. de Contr. tutel.* Bald. *in l. sive apud acta, 28. C. de transact. & lib. ult. C. si tut. vel curat. interven.* Barbos. Locupl. *sub voc. Distractus.*

§. XXX. Quemadmodum igitur dolosæ suggestiones contractui causam dantes contractum reddunt ipso jure nullum. *Vid. supra §. 5.* ita quoque istæ distractui causam dantes distractum vel liberationem totaliter impediunt. *l. de Tutela 7. C. de integr. rest. minor.* & ibid. Dd. Bart. *in l. & ideo. 12. pr. ff. de Condict. furtiv.* Klock. *Vol. 2. consf. 42. num. 281.* Joh. à Reberteria *in Top. Jur. loco à contractu ad distractum. lib. 4. cap. 4.* Everhard à Middelburg *in Loc. Top. Legal. d. loco n. 5.* Gail. *lib. 2. obs. 2.*

§. XXXI. Idem si opus esset, per omnes species demonstrari posset, sed vocat nos.

Caput III.

De Suggestionibus, earumque Jure circa ultimas voluntates.

§. I.

CUm ultimæ hominum voluntates ab alterius arbitrio dependere non debeant *l. 32. pr. ff. de Hered., Inst. l. 52. in f. ff. de Cond. & Demonstr.* sed liberrimus morientium requiratur stylus *in l. 1. C. de S. S. Eccles.* hinc videri posset, quod suggestiones aliorum in istis penitus sint prohibitæ. At vero, cum ista conclusio non sit universalis, sed suas quandoque patiatur exceptiones & limitationes, ideoque in rem hanc paulo altius inquisivisse nos haud pigebit,

§. II. Et primo equidem videndum de justitia testamenti ad alterius interrogationem confecti. v. gr. si quis interroget Testatorem agonizantem, an Titium hæredem instituere velit? Ubi generaliter concludimus; quod istud testamentum non valeat, *arg. l. 1. §. qui questi-*

quæstionem. 21. *ff. de Quæst.* Bald. *in l. jubemus.* 29. *C. de Testam. n.* 5. Cuno *de Pact. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 11. Sigismund. Scaccia *de Judic. lib.* 1. *cap.* 86. *n.* 7. idque ob dubiam testatoris voluntatem, & falsitates præsumtionem *d. l. jubemus.* & ibid. Dn. Brunnem. *n.* 1. Menoch. *de Præsumt. lib.* 4. *præs.* 8. *n.* 8. Dauth. *de Testament. n.* 234. Solent etenim Agonizantes plerumque mortis meditatione perturbati ad omnia fere respondere: sic ita ut ex Corn. *lib.* 1. *cons.* 232. *n.* 4. loquitur. Andr. Gerhard. *in Exercit. Justin Decad.* 8. *Interrog.* 1. Quo etiam respicere videtur Imperator Justinianus *in Nov.* 18. *cap.* 6. 7. Hinc dicit Hieronymus *Tom.* 1. *Epist.* 2. renovatam suo tempore esse *l.* 1. *C. de SS. Eccles.* quod odiosè Clerici morientium hereditates frequentibus suggestionibus captarent, uti refert Moller. *ad Constit. Elect.* 5. *part.* 1. Cothm. *vol.* 1. *cons.* 29. *n.* 164. Andr. Gerhard. *d. l.* fieri siquidem potest, ut Testator mortis sensu oppressus & interrogationibus vexatus ad se exonerandum tantummodo respondeat, non quod ita ultimato disponere velit. Cravett. *cons.* 117. *n.* 1. imprimis, si interrogatio facta sit à persona suspecta, puta conjuncta, quæ postea heres scripta reperiatur, vel à Notario à persona ista conjuncta subornato Menoch. *de præsumt. lib.* 4. *præs.* 8. *n.* 4. Julius Clarus *lib.* 3. *Recept. sentent.* §. *testamentum. quæst.* 37. *n.* 7. Dn. Brunnem. *ad d. l. jubemus. n.* 11.

§. III. Quare etiam testamentum ad interrogationem Conjugis, quæ se heredem fieri rogarat, confectum non subsistere contra Alciatum responderunt Parisienses, Socinus & alii, quos allegat Menoch. *d. l. n.* 41. Add. Hartm. Pistor. *obs.* 4. Arnold. Reyger. *in Thesaur. Jur. sub voc. Testamentum. n.* 213. Carpzov. *P.* 3. *Const.* 5. *Def.* 6. Quod multo magis procedit, si testator interrogatus præ molestia modo in hanc modo in alteram lecti partem se vertat, ægre ferre ostendens, quod in ea anxietate his afficiatur molestiis. Alexand. *vol.* 3. *cons.* 33. *n.* 12. Socin. Sen. *vol.* 3. *cons.* 91.

§. IV. Aliud igitur dicendum foret, si de libera voluntate Testatoris certo constaret, & præsumptio falsitatis cessaret, ducto argumento à ratione Legis cessante. Everhard. a Middelb. *in Loc. Top. Legal. loco. à cessatione rationis.* 80. *n.* 2. Barbos. Locupl. *sub voc. Lex. ax.* 31. nam tunc testamentum omnino valeret. Menoch. *d. J. Qu. lib.* 2.

lib. 2. cas. 97. per tot. Anton. Fab. *in Cod. tit. de Her. Inst. def. ult. n. ult.* Arnold. Reyger. *d. l. n. 261.* Bachov. ad Wesenb. *tit. de his, qui test. fac. poss. n. 8.* ficuti etiam intelligo *Gloss. & Dd. in d. l. jubemus. verb. quemadmodum.* Boerium *Dec. 36. n. 6.* Cravett. *Cons. 117. n. 2.* Schurff. *Vol. 2. cons. 49.* Fachin. *lib. 1. contr. 69.* Dn. Struv. *Synt. J. C. Exerc. 32. th. 5.* & Dd. passim. Conf. Menoch. *cons. 468. n. 7. & 9.*

§. V. Et tunc perinde esset, ac si testator heredem proprio ore nominasset, cum paria sit ore proprio vel alieno ex proprio consensu & voluntate loqui. *arg. l. 1. §. fin. ff. de V. O.* ubi alter præsentis nomine stipulari potest, cum tamen non nisi utroque loquente stipulatio contrahatur. *l. 1. pr. d. t.* Menoch. *d. l. n. 11.* qui enim ad interrogationem propositam respondet, totam interrogationem repetere videtur §. *praterea 5. Inst. de inutil. stip.* cum relatum insit referenti *l. asse toto 77. ff. de Her. Inst. l. in sententiis. 59. §. 1. ff. de R. Judicat.* & quicquid continetur in relato; dicatur quoq; contineri in referente. Cravett. *Cons. 45. n. 4.* Cacheran. *Dec. Pedemont. 110. n. 3.* & Dec. *178. n. 5.* Barbos. Locupl. *sub voc. Relatum. ax. 17.*

§. VI. Quapropter, si testator adhuc sit sane mentis (id quod in dubio præsumitur. Cuno *de Pact. lib. 1. c. 11. n. 42.* Emanuel Soarez. *in Thes. Recept. Sentent. in voc. Testator. n. 97.*) & interroganti voluntatem suam prius exposuerit, hicque postea desuper præsentibus testibus testatorem interrogaverit, testamentum sine dubio tenebit, quemadmodum etiam id ipsum commune dicunt. Boerius *Dec. 83. n. 60.* Emanuel Soaretz. *d. l. & in voc. Testamentum n. 51.* & præjudiciis confirmant Christin. *vol. 1. Dec. 247. n. 1. & Dec. 300. n. 12.* Richter. *Dec. 27. n. 14. seqq.* Carpzov. *Part. 2. Const. 5. D. 4. B.* Dn. Brunnem. *ad d. l. jubemus. n. 11.*

§. VII. Idem statuendum erit, si testator interrogatus simpliciter, quem hæredem facere velit? ipse respondeat: Titium vel Sempronium, cum sic periculum fallacis suggestionis cesset, & testator se id deliberato consilio facere sic satis ostendat. Menoch. *de Præsumt. lib. 4. præs. 8. n. 37.*

§. VIII. Quamvis cum Julio Claro *lib. 3. Recept. Sentent. §. testamentum. quæst. 37. n. 5.* quem citat Andreas Gerhard. *d. Decad. 8. quæst. 1.* merito optandum esset, ut interrogationes ejusmodi per Constituti-

ſtitutionem Principalem ab ultimis voluntatibus planè eliminarentur,quemadmodum etiam jam multorum locorum legibus & ſtatutis teſtamenta ad ejusmodi ſuggeſtionem facta damnata eſſe refert. Dauth. *de Teſtam. n. 234.* Cothm. *vol. 1. Conſ. 29. n. 62.* & in ſpecie de Saxoniâ teſtatur Möller *ad Conſt. Elect. 5. Part. 3.* cum facile contingere poſſet, ut fraudes & fallaciæ concurrerent, ſicque voluntates morientium turbarentur,quarum tamen liberrimum requiri ſtylum ex *l. 1. C. de SS. Eccleſ.* jam ſupra monuimus. Conf. *l. capitatorias. 70. ff. de Her. Inſtitut.*

§. IX. Ex his quodammodo colligere licet, quid de teſtamentis per vim metum vel importunas ſollicitationes extortis ſit judicandum? ſc. hæc ipſa nequaquam ſubſiſtere, ſed omninò annullanda & reſcindenda eſſe. Pantſchmann. *lib. 2. Quaſt. Pract. 22. n. 23.* Arnold Reyger. *in Theſaur. Jur. ſub voc. Teſtamentum. n. 161.* Carpzov. *Part. 3. Conſt. 5. Def. 9. ſeqq.* Dn. D. Brunnem. *ad l. f. ff. & C. ſi quis aliq. teſt. prohib.* cum voluntati ſub cœlo nihil magis ſit contrarium, quam vis metus &c. *l. nihil conſenſui, 116. ff. de R. J.* quæ idcirco dicuntur trepidatio mentis tollens libertatem & animum perturbans. Barboſ. Locupl. *ſub voc. Metus. ax. 2.*

§. X. Quo pertinet etiam, ſi uxor amorem conjugalem denegaverit, ſi non inſtituatur hæres. Dn. D. Brunnem. *ad d. l fin. ff. ſi quis aliq. teſt. prob.* vel ſi aſpectum mutando, vultumque tanquam ſaccũ infuſcando maritum gemere faciat, ut loquitur. Ern. Cothman. *Vol. 1. Conſ. 29. n. 151.*

§. XI. Sed cum regulariter pro validitate teſtamenti præſumatur. Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſ. 11. n. 1. & præſ. 12. n. 1.* Mantic. *de Conject. Ult. Volunt. vol. 1. lib. 2. tit. 7.* Moller. *ad Conſt. Elect. 5. Part. 3.* ideoque alleganti coactionem vel importunas flagitationes incumbit probatio. *arg. l. 1. & 2. Cod. de Probat.* Probari autem poſſunt vel ex confeſſione ipſius Teſtatoris, vel ex præſumptionibus & conjecturis urgentibus, quæ probatio hoc caſu reputatur pro ſufficienti. Berlich. *Part. 2. Concl. 7.* Menoch. *A. J. Qu. lib. 2. caſ. 395. n. 50.* Carpz. *d. l. Def. 11.* Lauterbach. *ad ff. d. t. ſi quis aliq. &c.* Dn. Brunnem. *ad d. l. fin. ff. d. l. n. 5.* Quin etiam in caſu deficientis Probationis in ſubſidium delationi juramenti locum eſſe poſſe verius exiſtimo contra Dd, quos allegat Dn. Carpz. *d. l. def. 14.* Lauter-

bach. *d. t.* modo tamen agatur civiliter, non vero criminaliter. B. Dn. Brunnem. *d. l. n. 13.*

§. XII. Annullato autem vel reſciſſo ita teſtamento Legata in illo ſponte relicta non corruunt, ſed omnino debebuntur. Moller. *d. l.* & *lib. 3. Semeſtr. 32.* Gail. *lib. 2. obſ. 113. n. 1.* quia utile per inutile non vitiatur. *cap. utile. 37. de R. J. in 6.* imprimis, ſi alterum ab altero ſeparari queat. Barboſ. Locupl. *ſub voc. Utile ax. 11.* Et ſic eſt caſus, ubi aliquis ex poſt facto pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus decedere poteſt, quæ eſt pulchra limitatio ad *d. cap. 37.* & *l. 7. ff. d. t.* ubi vid. Dd.

§. XIII. Ad quemnam vero his caſibus devolvatur hereditas, inter Dd. non convenit. Plerique eandem Fiſco adjudicant, quos allegat & ſequitur Menoch. *lib. 2. A. J. Qu. caſ. 395. n. 5. ſeqq.* Nos cum B. Dn. Brunnem. *d. l.* hic rem ad cauſam inteſtati reducimus: Videntur enim in eo lapſi interpretes, quod exiſtimarim, jure teſtamentum iſtud ſubſiſtere, quo ſane caſu hereditas acquireretur ei, qui heres eſt inſtitutus, à quo poſtea tanquam ab indigno Fiſcus eandem aufferret per *l. Marcellus. 3. §. f. ff. ad SCtum Trebell.* quod tamen acriter impugnat Pantſchman. *lib. 2. Quæſt. pract. 22. n. 23. ſeqq.* diverſa ſiquidem eſt ratio in prohibente, de quo *l. 1. & 2. ff. & l. 2. C. ſi quis alim. teſt. proh.* loquuntur, & in cogente, de quo *l. 1. C. d. t.* cum in caſu coactionis teſtamentum ſit ipſo jure nullum. *l. qui teſtamento. 20. §. f. ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. 32. pr. ff. de Her. Inſtit.* Jaſon. *in l. 1. C. ſi quis aliq. teſt. proh.* Anton. Faber *in Cod. Sabaud. dict. tit. Def. 1. n. 3.* Arnold. Reyger *in Theſ. Jur. ſub voc. Teſtamentum n. 116.* Dn. Struv. *Juriſpr. Forenſ. lib. 2. tit. 30.* Hahn. ad Weſenb. *Paratit. Tit. ſi quis aliq. &c.* Lauterbach. *ad ff. eod.* Dn. D. Brunnem. *ad dd. ll. ff. &c.* ex teſtamento autem nullo nec hereditas acquiri, nec conſequenter à Fiſco aufferri poſſit. Emigratiſſ. Dn. D. Stryke *in tr. de Succeſſ. ab inteſt. Diſſ. 12. cap. 1. th. 20.*

§. XIV. A communi igitur hoc caſu recedimus, & nullum Fiſco locum relinquimus, cum præſertim in dubio contra Fiſcum ſit pronuntiandum. *l. 10. ff. de Jure Fiſc.* Alciat. *3. præſ. 41.* Neguſant. *tract. de Pign. & hypoth. membr. 4. part. 2. num. 117. ſeqq.* Bachov. ad Weſenb. *tit. ſi quis aliq. &c.* Harprecht. *in tr. Crim. ad §. 3. Inſt. de Publ. judic. n. 15.* Möller. *ad Conſt. Elect. 5. part. 3. in f. & lib. 3. Semeſtr. 42.* Pantſchman *d. l. n. 33. ſeqq.* Dn. Brunnem. *Cent. 1. Dec. 85.* Dn. Stryke *d. l. th. 21.* ult. præjudiciis confirmant.

§. XV.

§. XV. Et hæc ſententia æquitati maxime eſt conſentanea, cum durum alias eſſet, ſi Agnatus inſons, cui jam Lex & natura hereditatem deſtinaverat, per dolum alterius commodo ſuo privaretur. Peretz. ad *Cod. tit. ſi quis aliq. teſt. prob. in f.*

§. XVI. Si tamen ipſe compellens proximior ſit Agnatus, aliud forte dicendum eſſet, nec conqueri poſſent ordine ſequentes, cum nihil juris in ipſos ſit transmiſſum. Jul. Clarus *in Pract. Crim. qu. 79. in f.* Dn. D. Stryke *d. l. & in Diſp. de Jur. Blandit. cap. 4. n. 37. & ſeqq.*

§. XVII. Dicta hactenus procedunt etiam, ſi quis multis & aſſiduis perſvaſionibus ad teſtandum fuerit inductus. Menoch. *de Præſumpt. lib. 6. Præſ. 6. n. 58. & lib. 2. A. J. Qu. caſ. 595. n. 41.* Colleg. Argent. *tit. ſi quis aliq. teſt. proh. th. 3. n. 4.* Carpz. *Part. 3. Conſt. 23. Def. 30. n. 15.* cum perſvaſiones ſint loco compulſionis, & coactionis. *arg. l. eum qui 5. C. de Apoſtat.* & habeant in ſe vim violentiæ *l. un. C. de Rapt. Virg.* etiamſi fiant volenti. *dd. ll. & l. 3. §. ſi quis volentem. 5. ff. de Hom. lib. exhib.* ſiquidem etiam is compellitur, qui aſſiduis precibus ſollicitatur. Afflict. *Dec. 69. num. 6.* Ruin. *Vol. 3. conſ. 60. n. 22.* quod Samſon in ſua Delila eſt expertus. *Judic. 16. v. 16.* Imo plus eſt perſvadere, quam vi compellere. *l. 1. §. perſuadere 3. ff. de Serv. corrupt.* Cravett. *Conſ. 82. n. 5. & Conſ. 192. n. 12.* Menoch. *de Præſumpt. lib. 4. præſ. 10. & 12.* ex crebris ſiquidem perſvaſionibus non ſolum dolus ex re ipſa, ſed etiam ex propoſito ſatis apertè arguitur. *l. cum quis perſuaſerit. 31.* & ibid. Bart. *ff. de Dol. Mal. Gloſſ. in l. apud Celſum 4. ff. de Dol. mal. & met. except. in verb. cauſa.* Barboſ. Locupl. *ſub voc. Perſuaſio, ax. 1.* quod maxime verum eſt, ſi quis in perſuadendo utatur mendaciis. Hartm. Piſt. *P. 1. qu. 39. n. 4.* Pruckman. *vol. 1. Conſ. 12. n. 26.* Carpzov. *d. l. Def. 3.* Dn. Brunnem. *dd. ll.* Mevius *part. 16. Dec. 146.*

§. XVIII. Idem judicium eſto de blanditiis immodicis & inſtantiſſimis. Quo etiam referri poteſt, ſi uxor dicat: niſi heres inſtituta fuerit, fore, ut mœrore extingvatur, & dies ejus decurtentur. Cothm. *Vol. 1. conſ. 29. n. 149.* nam hæ vim minarum habere creduntur, & effectum juſti metus. Cuno *de pact. lib. 1. cap. 6. n. 145.* Barboſ. Locupl. *ſub voc. Blanditiæ ax. 2.* Sicuti & Potentiorum aſſentationes fraude non carent. *Gloſſ. in l. 1. C. ſi Rect. prov. & in l. 1. ff. quod juſſ.* Maſcard. *de probat. vol. 2. concl. 1.* quæ eapropter appellantur preces armatæ, uti ſcribit Auctor Chiliadis *in 5. Chiliade Cent. 1. verb. preces armatæ.* In

 quas

quas aciter invehitur Cicero *lib. 3. Offic. pag. m. 95.* dicens: Mihi quidem hereditates istæ non honestæ videntur, quæ malitiosis blanditiis officiorum, non veritate sed simulatione sunt quæsitæ. Conf. Cacheran. *Dec. Pedemont. 179. n. 4.* Loccen. *in Synopf. Jur. Sued. p. 217.*

§. XIX. Aliud certè dicendum, si persvasiones & blandæ istæ suggestiones sint modicæ, & dolo careant, nam tunc etiam in ultimis voluntatibus non sunt prohibitæ. Menoch. *Conf. 431. n. 40.* Arnold Reyger. *in Thesaur. Jur. sub voc. Testamentum. n. 259.* Barbos. Locuplet. *sub voc. Blanditia. & Dd. commun. ad l. fin. ff. & Cod. si quis aliqu. test. probib.* Unicuique enim licet rem suam bene agere fraude omissa. Menoch. *A. J. Qu. lib. 2. cas. 395. n. 42.* & libertati voluntatis humanæ non officiunt verba delinifica, nec cogit, qui rogat, sed rogati arbitrio relinquit, an precibus locum dare velit, an non. Dn. D. Stryk. *in Disp. de Jure Blandit. cap. 4. n. 1. & in tract. de Success. ab Intestato Diss. 12. th. 19. cap. 1.* & aliud est cogere, aliud blanda voce testatorem compellare *l. Captatorias 70. ff. de Her. Inst.* Dn. Brunnem. *ad d. l. ult. C. d. t.*

§. XX. Sic judicium uxoris supremum maritali sermone in se provocare non est criminosum per *text. in l. ult. ff. & C. d. t.* sed conjux conjugem mellitis loquelis & verborum lenociniis ad se instituendum licitè inflectere potest. Gail. *lib. 2. obs. 117. n. 4.* Carpz. *p. 3. Const. 5. D. 7.* quod etiam ad Novercam extendit Hartman. Pistor *lib. 1. qu. 29.* ubi hanc sententiam annexo præjudicio confirmat, quamvis blanditiis & instigationibus novercalibus ita deliniti Patres malignum plerumque judicium sanguini suo inferre soleant, ut loquar cum JCto Cajo *ex l. non est 4. ff. de inoffic. testam.*

§. XXI. Imo nec in foro conscientiæ moderatæ blanditiæ rejiciuntur, sed legata ad pias causas, Ecclesiæ nimirum per blanditias procurata valent. Emanuel Soaretz *in Thes. Recept. Sent. sub voce Captatoria.* B. Dn. Brunnem. *ad d. l. fin. ff. si quis aliq. &c.* Dn. D. Stryke *in Disp. de Foro conscient. cap. 4. n. 35.*

§. XXII. Et his blanditiis similia sunt alia verba delinifica curialia sine fuco prolata: ut si quis sua benemerita exponat Testatori, quo eò facilius instituatur heres. Dn. D. Stryke *in Disp. de Jure Blandit. cap. 4. n. 4.* Et lachrymæ, ut præjudicio demonstrat. Farin. *de Fals. & simul. qu. 161. n. 87.* Nec non munuscula, quæ non inconcinnè hamata

mata & viſcata vocat Wiſſenbach. *ad ff. part. 1. Diſp. 59. th. 16. 11.* Joh. à Sande *Dec. Friſic. 1. Def. 11.* Gothofr. *in l. 70. ff. de Her Inſt. ubi agit de teſtamento reciproco.* Conf. Anton Faber *in Cod. Sabaud. tit. de Teſtam. Def. 18. & 19. & tit. de Her. Inſt. Def. 11.* Menoch. *conſ. 408.*

§. XXIII. Cum autem blanditiæ, perſuaſiones & reliquæ ſupra recenſitæ Suggeſtionum ſpecies non ſolum intervenire poſſint in hunc finem, ut quis condito teſtamento ſe heredem inſtituat, ſed etiam, ne quis plane teſtamentum faciat, hinc ordinis ratio merito poſtularet, ut de hoc quoque caſu paucula ſubnecteremus, at vero cum nullam fermè diverſitatis rationem hic deprehendamus, omnia ad nauſeam repetere faſtidientes, idem in utroque jus obtinere conſtituimus, niſi quod hic Dd. hereditatem non aſſignent Agnatis, ſed Fiſco per *l. 1. ff. & l. 2. C. ſi quis aliq. teſt. prob.* propter ſummam ſc. quæ hic ſubeſt, rationis diverſitatem, id quod pluribus deducit & perſequitur B. Dn. Brunnem. *ad l. ult. ff. & l. 1. C. d. t.* Dn. D. Stryke *in tract. de Succeſſ. ab Inteſt. Diſp. 12. th. ſ. cap. 1. & Dd. paſſim.*

§. XXIV. Quo caſu tamen læſis ratione damni & intereſſe datur regreſſus adverſus ipſum prohibentem. *Gloſſ. in l. 2. Cod. ſi quis aliq. teſt. prob.* Jaſon. *in l. 1. C. eod.* Menoch. *A. J. Qu. lib. 2. Caſ. 395. n. 27.* ubi poſt alios ſcribit, quod tunc Agnatis etiam concedendum ſit juramentum in litem. id quod etiam haud obſcure innuere videtur Fürſtl. Meckl. Land- und Hoffgerichts-Ordnung. *Part. 2. tit. 31. verb.* Erbſchaft.

§. XXV. An autem hic ſemper Fiſcus ſit præferendus, merito dubitaveris per *l. 2. §. 1. ff. ſi quis aliq. teſt. prob. l. 5. §. 5. ff. de Nov. oper. nunc.;* Si dicam, quod ſentio, hic perindè ut in caſu coactionis Fiſco nihil tribuo, niſi prohibens ipſe ſit proximior Agnatus, qua de re notabilis & elegans eſt *Gloſſ. in l. 1. verb. fiſco locum ff. ſi quis aliq. &c.* quam omnino perpende.

CAPUT IV.
DE
Suggeſtionibus, earumque Jure circa Delicta.

§. I. Dum

§. I.

DUm ad delicta pedem jam profero, promisſi Cap. I. interpoſiti memor, de Suggeſtionibus quibusdam internis, puta Furore, Melancholia, Somniis & Ebrietate quædam præmittenda duxi, antequam ad externas progreſſum facerem.

§. II. A furore itaque ut initium ſummam, non ſollicitus ero, unde furor proveniat, an ſc. ex cauſa naturali, an ſupernaturali, an vero mixta; de quo diſputat Paul. Zachias *in Quæſt. Med. Legal. lib. 2. tit. 1. qu. 9. & 18.* cum hæc parum ad nos pertineant, ſed hoc tantummodo quæritur; An furioſus delinquens & alterum dœmoniadis ſuggeſtionibus occidens iterum puniri poſſit; Quod omnino negandum cum Jodoc. Damhoud. *Prax. Crim. cap. 85.* Carpz. *Prax. Crim. part. 3. qu. 145.* Dn. Struv. *in S. J. C. Exerc. 48. th. 10. & Dd. paſſim.* In delictis ſiquidem ſpectatur voluntas & propoſitum. *l. qui injuriæ. 53. pr. ff. de Furt. l. Divus. 14. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* & delictum non imputatur, ubi dolus non eſt. Barboſ. Locupl. *ſub voc. Delictum. ax. 18.* jam vero furioſi nulla eſt voluntas. *l. qui ſervum. 47. ff. de Acq. & omitt. her. l. furioſi. 40. ff. de R. J.* æquiparatur etenim in delictis infanti. *l. infans. 14. ff. ad L. Corn. de Sicar. Art. 179. Conſt. Crim.* & ignoranti *L. filiusfamilias. 18. §. 1. ff. qui teſt. fac. poſſ.* imo & pro abſenti & quaſi mortuo reputatur *in l. 2. §. 1. ff. de Procurat. l. 124. §. 1. ff. de R. J.* Accedit, quod furioſus ipſo furore ſic ſatis puniatur, cum furor & dementia per ſe ſit pœna & afflictio *d. l. infans. ff. ad L. Corn. de Sicar. & l. Divus. 14. ff. de Offic. Præſ.*

§. III. Id quod in tantum procedit, ut furioſus ne quidem de delicto ante furorem commiſſo plecti debeat. Jul. Clarus *in Pract. crim. quæſt. 60. num. 7. ſeqq.* Menoch. *A. J. Qu. lib. 2. caſ. 325. num. 12.* Theod. Petr. *concl. crim. 223.* Harprecht. *in Tract. crim. ad §. item L. Cornelia. 5. Inſt. de Publ. Judic.* Arnold. Reyger. *in Theſ. Jur. ſub voc. furioſus. n. 32.* Gail. *lib. 2. obſ. 110. n. 22.* ſc. propter periculum ſalutis æternæ, & quod non ſentiat, ſe puniri. Dn. Carpz. *in Prax. crim. part. 3. qu. 145. n. 22.*

§. VI. Sanè, ſi furioſus dilucida habeat intervalla, de delictis in intervallis iſtis perpetratis omnino teneretur, & minimum pœnæ ſubjiciendus eſſet extraordinariæ. Cuno de *Pact. lib. 1. cap. 11. §. 36. & 55.*

Carpz.

Carpz. *d. qu. 145.* Idem indicandum, si delictum in furore commissum in intervallis ratihabeat. Paul. Zachias *lib. 2. tit. 1. qu. 16. n. 31.*

§. V. Quomodo autem furor probetur late tractant Mascar. *de Probation. Vol. 2. conclus. 824.* Menoch. *de Præsumpt. lib. 6. præs. 45.* Boerius *Dec. 23.* Cuno *de Pact. d. l.* Tribuendum scilicet id potissimum est judicio prudentis judicis, qui in actiones ejus antecedentes diligenter inquiret, & num istæ mente capti ac furiosi, an sana mente præditi hominis sint, cognoscet; sicuti judici ea cognitio & exploratio injungitur in *l. 13. §. fin. l. 14. ff. de Off. Præs.* Et nuper quoque ita ab Amplissima hac Facultate Juridica Responsum audivi. Conf. Magnif. Dn. D. Stryk. *in Disp. de Dement. cap. 2. §. 16.*

§. VI. Si tamen furor sit notorius, non opus est, ut probetur, cum notoria probatione non indigeant. Mascard. *de Prob. Vol. 2. concl. 1108. & ibid. alleg.* Barbos. Locupl. *sub Voc. Notorium. Ax. 7.* Nam tunc demens de præterito præsumitur etiam demens de præsenti, & semel furiosus semper præsumitur furiosus, afferentique contrarium incumbit probatio. *L. filium. 60. ff. de A. & O. Hered L. cum aliis. 6. & ibid. Gloss. in. verb. desperatur Cod. de Curat. Fur.* Arnold. Reyger. *in Thesaur. jur. sub. voc. furiosus. n. 19.* Quod tamen varie declarant & limitant. *Mascardus. Menochius. Boerius. Cuno. Zachias. Carpz. dd. ll. conf. Heig. Part. 2. Qu. 38. n. 1. seq.*

§. VII. Quæ de furore superius disputata, in Melancholia ubiq; non procedunt. Nam quamvis Melancholici quandoque furiosis comparentur. Paul. Zachias *lib. 2. tit. 1. quæst. 9.* cum tamen mente non sint plane capti, sed ratione quadam licet imperfecta utantur, Dn. Strüv. *in Synt. J. C. Exerc. 48. th. 10. n. 2.* ideoque, si delinquant, pœna illis extraordinaria dictatur. Theodor. *in Colleg. Crimin. Disp. 20. th. 4.*

§. VIII. Non intelligo autem hic Melancholicos in summo gradu, utpote qui inter furiosos merito referendi Zachias *d. qu. 9. in fin.* & hinc ab omni pœna sunt immunes, *per deducta super.* Neque hic indigitantur Melancholici in gradu infimo, ut sunt timidi, avari, cupidi, iracundi, de quibus agit *l. 1. §. f. & l. 2. ff. de Ædil. Edict.* nam hos, si deliquerint, à pœna ordinaria exemptos esse, nemo facile dixerit. Petr. Heig. *Part. 2. qu. 38. num. 33.* imo dixisse ridiculum foret. Dn. D. Stryke *d. Disp. cap. 5. §. 3.*

§. IX. Sed de iis Melancholicis nobis est qui atra bile acriter

vexati in diabolicam ducuntur tristitiam. Dn. D. Stryke *d. l. cap. 4. §. 10.* quapropter etiam a Theologis obsessis fere æquiparantur. Balduin. *in Cas. consc. lib. 3. cap. 4. in proœm* Et hi, licet non plane absolvendi tamen quodammodo sunt excusandi *l. omne delictum. 6. §. 7. ff. de R. milit.* Unde etiam fit, propriis corporibus violentes intulerint manus, ad honesta sepultura non arceantur, quamvis ratione ceremoniarum moderatio adhiberi soleat, testante ipsum praxi quotidiana. Conf. Joh. Philip. *Us. pract. lib. 4. Eclog. 86.* Carpz. *Jurispr. consist. lib. 2. tit. 24. Def. 376.* & remissive Dedeken. *in Thesaur. Consil. vol. 1. lib. 2. memb. 2. Sect. 8. n. ult.*

§. X. Quid autem de salute illorum sit sentiendum, jam non disquirimus, nec nostrum quoque est hac in re judicium præcipitare. Videri interim potest Balduinus *in Cas. consc. d. cap. 3. cas. 14.* Id saltem moneo, quod bona eorum confiscationi non subjaceant, de quo vid. *. qui rei. 3. §. si quis autem 4. ff. de Bon. eor. qui ant. sentent. l. 1. C. eod.* & ibid. Dn. Brunnem. Conf. Jul. Clarus *in pract. crim. quæst. 61. n. 37.* Heig. *part. 2. quæst. 36.* Arnold. Reyger. *in Thesaur. Jur. sub. voc. Bona n. 96. seqq.* Dn. Struv. *d. Syntagm. Exercit. 49. th. 107.*

§. XI. Melancholicis, vel, ut rectius loquar, furiosis similes sunt dormientes. Jodoc. Damhoud. *in prax. crim. cap. 86. n. 10.* in somno etenim mens depravatur. Paul. Zachias. *lib. 2. tit. 1. quæst. 12.* & dormiens nullius dicitur esse pretii, non secus ac is, qui in vivis non est. Quomobrem etiam absolute mortuo comparatur. Menoch. *A. J. Qu. lib. 2. cas. 327. n. 6.* sicuti autem nec mortuus nec furiosus peccare, nec per consequens puniri potest, ita quoque de Noctambulo delinquente idem statuendum erit *per text. express. in Clement. un. verb. Dormiens. de Homicid.* & ib. Dd. Bart. *in l. pœna parricidii 9. ff. ad L. Pompej. de parricid.* Jason. *in l. 1. §. 1. in Coll. 2. ad fin ff. de A. vel. A. possess.* Arnold. Reyger. *in Thesaur. Jur. sub voce crimen. §. 98.*

§. XII. Quod tamen merito temperandum: nisi dormiens seu Noctambulus in culpa fuerit, cum sciret, se vitio isto laborare, quod sc. dormiens surgere, & vim inferre soleat, nec tamen cubiculo se includi curaret, vel alio modo huic malo consuleret. Damhouder. *in prax. Crim. cap. 69. n. 8. & cap. 86. n. 13.* quo casu pœnæ extraordinariæ locus esse posset. Jul. Clarus in *pract. Crim. qu. 60. n. 13.* Menoch. *A. J. Q. lib. 2. cas. 327. n. 3.* Dn. Struv. *Ex. 48. th. 10. in f.* Gail. *l. 2. obs. 110. n. 29. seq.*

§. XIII.

§. XIII. Et hæc etiam quoddammodo applicari poterunt ad Ebrietatem. Nam licet ebrius delinquens propter deficiens delicti formale à pœna ordinaria eximatur, ab extraordinaria tamen non erit planè immunis. Jul. Clarus *in pract. d. l.* Harprecht. *in Tr. crim. ad §. non solum. 11. Inst. de Injur. n. 15.* Paul. Zachias. *d. quæst. 11. num. 32. seqq.* Arnold. Reyger. *in Thesaur. sub. voc. Ebrietas. n. 1. seqq.* Carpz. *part. 3. quæst. 146. n. 32. seqq.* cum ebrietas sit rabies voluntaria. Cæpol. *ad tit. ff. de Ædil. Edict. pag. m. 31.* & culpa semper casum præcedere soleat. *l. omne delictum 6. §. 7. verf. per vinum. ff. de R. milit.* Bald. *in l. data opera. 11. Cod. qui accus. poss.* Gail. *lib. 2. obs. 110. n. 25.* Quin, si ebrietas ad malum patrandum fuerit captata, sc. si quis ad hoc compotaverit, ut delictum eo excusabilius perpetrare posset, ordinariæ pœnæ omnino locus esset. *C. inebriarunt. 15. qu. 1.* Bald. *in Repet. l. 1. C. unde vi. n. 10.* Jodoc. Damhoud. *in prax. Crim. cap. 84. n. 15. seqq.* Barbos. Locupl. *sub voc. Ebrietas. ax. 1. in fin.* Quod etiam procederet, si quis de delicto in ebrietate commisso (idem in somno) postea mentis compos glorietur; Illa enim jactatio efficit, ut ratum habere videatur, quod malè egerit, & ob id venia aliqua dignus non erit. Menoch. *A. J. Qu. lib. 2. cas. 326. & 327.* Carpz. *part. 3. quæst. 146. per tot.* Si tamen planè sine culpa quis ebrius factus sit, puta, quod socii ipso inscio aliquid in vinum vel cerevisiam conjecissent, ex quo inebriaretur, tunc ipsum prorsus excusandum censeo cum Jul. Claro *in pr. Crim. qu. 60. n. 14*

§. XIV. Visis ita Suggestionibus internis, delictis causam præbentibus, considerandum nunc quoque erit, quatenus per suggestiones externas delicta committantur, id quod potissimum fieri potest Mandato vel consilio.

§. XV. Vocantur hæc delicta à Theologis aliena, teste Damhouderio *in Prax. Crim. cap. 135.* cum tamen merito suo dicenda essent propria, quia, quod quis per alium facit, ipse fecisse reputatur. *cap. qui facit. 72. X. de R. J. in 6.* Barbos. Locupl. *sub. voc. Alius. ax. 1.* & nihil interest, ipse quid faciat, an per alium fieri curet, causamve crimini præbeat. *l. 3. §. item. 4. l. nihil interest. 15. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. non ideo minus. 5. Cod. de Accus.* Anton. Faber. *in Cod. Sabaud. tit. de Fid. Instrum. Def. 19. n. 5.*

§. XVI. Quare etiam Summi Dei judicio cædes Uriæ imputatur Davidi, cum tamen David Uriam ipse non occidisset. *2. Sam. 12. v. 9.*

& Abſolon interfeciſſe dicitur fratrem Ammonem, quem famulis trucidandum objecerat. *2. Sam. 18. v. 28. & 30.*

§. XVII. Nam licet mandans non ſit cauſa phyſica delicti, eſt tamen cauſa moralis, cui etiam effectus in genere morum imputatur. D. Bernhard. Schultze *in Explan. Praecepti 1. Decalogi. 5. Non occides. th. 17.* & hinc effectu ſecuto delictum mandantis & mandatarii unum & idem eſt. Bart. *in l. ſed ſi unius. 17. §. ſervus. 2. ff. de Injur. n. 5.* Farin. *Vol. 1. conſ. 85. n. 76.* adeoque uterque pariter obligatur, quia mandans delinquit mandando, mandatarius exequendo. Barboſ. Locupl. *ſub. voc. Mandatum ax. 18.*

§. XVIII. Et hoc procedit, ſive reſpicias intereſſe læſi, ſive Reipublicæ. Sic mandans tenetur læſo actione injuriarum *l. Non ſolum 11. pr. ff. de Injur.* Imo actione de dolo. *l. Conſilii. 47. ff. de R. J.* Dn. Brunnem. *ad l. 6. ff. Mand. n. 6.* Mandatarius vero etiam ex L. Aquilia *tot. tit. ff. & Cod. ad L. Aquil. & ibid. Dd.* & in judicio criminali mandans & mandatarius eadem afficiuntur pœna, *l. 1 §. dejeciſſe 12. ff. de Vi & vi armat. l. is damnum. 169. ff. de R. J. l. non ſolum. 11. §. ſi mandato. 3. ff. de Injur. l. non ideo minus. 5. Cod. de Accuſat. & ibid. Gloſſ. & Dd.* Cacheran. *Dec. Pedemont. 166. num. 9. ſeqq.* Jodoc. Damhoud. *in Prax. Crim. cap. 70. & 135.* Carpzov. *Prax. Crim. part. 1. quaeſt. 4. n. 9.* Lauterbach. *ad ff. tit. ad L. Cornel. de Sicar.* Dn. Struv. *Exercit. 48. th. 12. n. 3.* & ib. alleg. Vinnius *ad §. 7. Inſt. Mand.*

§. XIX. Sane, ſi ipſam delicti qualitatem intueamur, mandans plus delinquit, quam madatarius, per textum elegantem *Joh. XIX.* ubi Chriſtus dicit Pilato ipſum ad mortem condemnanti: *Qui me tibi tradidit, majus peccatum habet.* Add. *Can. cum homo 19. C. 23. qu. 5.* Unde & Ariſtoteles eum, qui mandavit vel conſuluit, plus peccaſſe vult, quam qui fecit *1. Rhet. cap. 7.* Quod etiam tenet *Gloſſ. in l. Athletas. 4. §. Pomponius. 3. ff. de His qui not. infam. & in cap. Gaudemus. de Divortiis* & Bald. *in l. non ideo minus. 5. Cod. de Accuſat. n. 19.* ubi ait, quod mandans dicatur cauſa magis principalis, quam mandatarius. Quod tunc ſine dubio verum eſt, ſi mandatarius parere neceſſe habeat, nam tunc mandans ſolus tenebitur. *arg. l. cum ſervo. 107. & l. is damnum. 169. ff. de R. J.* quamvis tamen in delictis atrocioribus mandatarium non abſolverim. *l. ad ea. 157. pr. ff. d. t.* Jul. Clarus *in Pract. Crim. quaeſt. 60. n. 15. ſeqq.* Weſenbec. *ad ff. tit. de Injur. n. 4.* Arnold.

Reyger.

Reyger. *in Thesaur. Jur. sub voc. Mandatum. n. 7.* Dn. Brunnem. *ad l. 37. ff. ad L. Aquil.* Barbos. Locupl. *sub voce Mandatum. ax. 4.* nisi quod pœna quandoque mitigari soleat. *Dd. dd. ll. & passim alibi.*

§. XX. In crimine Assasinii moribus plerorumque locorum hoc specialiter receptum est, ut Assasinus s. Mandatarius majori afficiatur pœna, quam Assasinator. Tiber. Decian. *in tract. Crmin. lib. 9. cap. 30.* Petr. Theodor. *in Colleg. Crim. disp. 7. th. 6.* Jodoc. Damhoud. *in Prax. Crim. cap. 85. n. 4.* quæ sane consvetudo summa nititur ratione. Nam gravius utique est, spe fœdissimi lucri occidere, quam calore iracundiæ vel alia de causa aliquem vita privare. Menoch. *A. J. Qu. lib. 2. cas. 357. n. 14.* Anton. Gometz. *Var. Resol. Tom. 3. cap. 3. n. 10.* cum dolorem proprium temperare sit difficile, & incensus ira vel propria offensa non videatur esse in plenitudine intellectus *arg. l. Gracchus. 4. C. ad L. Jul. de Adult. art. 137. Const. Crim.* Carpzov. *Pr. Crim. Part. 1. quæst. 19. n. 9.* iste autem, qui delinquit corruptus pecunia, nullam delicti sui excusationem proferre possit, sed interventus pecuniæ delictum reddat atrocius. *arg. Art. 130. Const. Crim.* Bart. *in l. non solum 11. §. si mandato. 3. ff. de Injur.* Tiberius Decian. *d. cap. 30. n. 13.* Jul. Clarus *Recept. Sentent. lib. 5. §. Assasinium n. 7.* Harprecht. *in tr. Crim. ad §. item l. Cornelia. 5. Inst. de Publ. Judic. n. 235.* Exemplum insigne est in *L. Cicero. 39. ff. de Pœn.* ubi vid. Bart. & Dd.

§. XXI. Neque hic attenditur, an pecunia revera intervenerit, an vero tantum promissa fuerit, an lucrum sit magni an parvi pretii, cum non quantitas & qualitas lucri inspiciatur, quam ipsi homicidium turpis lucri causa commissum. *arg. cap. pro humani. 1. de Homicid. in 6.* Bald. *in l. non ideo. 5. C. de Accusat.* Farinac. *lib. 1. tit. 5. quæst. 44. & 123.* Mascard. *de Probat. vol. 1. concl. 138. n. 1.* Jod. Damhoud. *dict. cap. 85. n. 5. seqq.* quod in jure tam horrendum, crudele & execrabile reputatur, ut etiam conatus pœna plectatur ordinaria. *Gloss. in l. 2. ff. quod quisq; jur. in alt. & in d. cap. pro humani* & Dd. ibi Mascard. *d. l. n. 2.* Menoch. *A. J. Qu. lib. 2. cas. 360. n. 42. seqq.* Hippol. de Marsiliis *in Pract. Crim. §. examinanda. n. 26.* Dn. Struv. *Exercit. 48. th. 5. seqq.* modo tamen ad actum proximum sit deventum, sicuti contra Baldum, Felinum & alios rectius autumo cum Farinacio, Deciano, Theodoro & cæteris, quos refert Cothman. *vol. 3. Cons. 29. n. 302. seqq.* Faber *in Cod. Sabaud. tit. de Pœn. Def. 20.* Harprecht *ad d. §. 5. Inst. de Publ. judic.*

judic. n. 236. Carpzov. *part. 1. Quæst. 19. n. 52. seqq.* Cui sententiæ etiam adstipulari videtur Jodoc. Damhoud. *in Prax. Crim. d. cap. 85. num. 2.* quare non video, quo pacto à citato Dn. Carpzovio ut contrarius allegetur. Conf. Jul. Clarus *in Pract. Crimin. qu. 92. per tot.* Robert. Maranta *in Spec. aur. part. 4. Distinct. 1. n. 70.* & post illud in *Disp. 3. num. 16.* Octav. Cacheran. *Dec. Pedemont. 19. n. 2. seqq.* Wesenbec. *in Paratit. tit. ad L. Corn. de Sicar. n. 16.* Dn. Struv. *d. l.* Barbos. Locupl. *sub voc. Affectatio. ax. 7.* Dn. Tabor. *ad art. 187. Const. Crim.* & *in Disput. de Conatu punibili*, ubi simul explicant, quid quoad pœnam conatus de consvetudine hodiè obtineat.

§. XXII. Sed quæ de mandato antea retulimus, tum demum vera sint, si mandatarius absque mandato delictum non fuisset commissurus. Boerius *Dec. 262.* Menoch. *A. J. Qu. lib. 2. cas. 351. n. 17.* & *22.* & *cas. 352. n. 1.* & *13.* Jodoc. Damhaud. *in prax. Crim. cap. 135.* Dn. Struv. *d. Exercit. 48. th. 12.* (quod quomodo sit cognoscendum & dijudicandum declarat Dn. Carpz. *part. 1. qu. 4. n. 29.*) alias etenim mandanti extraordinaria tantummodo pœna ex arbitrio judicis imponenda foret. *arg. art. 148. Const. Crim.* Lauterbach. *ad ff. tit. ad L. Cornel. de Sicar.* In dubio tamen delinquens non præsumitur facturus sine mandato vel consilio B. Dn. Brunnem. *ad d. l. 6. ff. Mand. n. 11.* licet dissentiat Cacheran. *Dec. Pedem. 166. n. 10.*

§. XXIII. Et hanc distinctionem contra Jasonem Clarum & alios recte defendit Dn. Carpzov. *d. l. n. 27.* nam, qui mandatum dat illi, qui antea sibi jam proposuit delictum, is propriè delicti causa dici nequit, sed habet se tantum ad istud concomitanter, & sic ipsum eadem cum mandatario pœna affici iniquum esset. Hug. Grot. *de Jure Bell.* & *pac. lib. 2. cap. 17. §. 10.* ac licet quis malam mandantis intentionem puniendam velit, tamen malitia ista sic satis coercetur judicis arbitrio, Menoch. *A. J. Qu. lib. 2. cas. 352. n. 13.* quod etiam pro ratione circumstantiarum quandoque ad mortem usque extendi posse nullus dubito *arg. l. sacrilegii 6. pr. ff. ad l. Jul. Pecul. Art. 178. Const. Crimin. Gloss. in §. in summa. 10. Inst. de Injur.* Rob. Marant. *d. Dist. 1. n. 59. seq.* & *d. Disp. per tot.* Harprecht. *in Tr. Crim. ad §. in summa 10. Inst. de Injur. n. 14. seqq.* Arnold. Reyger. *in Thesaur. Jur. sub voc. Pœna. n. 28.* quicquid contradicat Jul. Clarus *in pract. Crim. quæst. 83. n. 11.* Petr. de Ferrar. *in pract. Aur. in forma Inquisitionis. pag. 541. in addit.* Hippol. de Mar-

de Marsiliis *in Pract. Crim.* §. *Opportune. n. 50*, Octav. Cacheran. *Dec. Pedemont. 104. in f.* Anton. Faber *in Cod. Sabaud. tit. de Pœn. Def. 6.*

§. XXIV. At quid, si quis hominem vulnerari mandet, protestans, ne occidatur, mandatarius autem istum interficiat, annon tunc mandans ordinaria homicidii pœna erit afficiendus? Quod exercitii causa contra communem negare placet; cum mandati fines accuratissimè sint custodiendi *l. diligenter. 5. ff. Mand. l. si procurator. 10. Cod. de Procur. cap. cum olim. 32. X. de Offic. deleg.* & qui animum occidendi non habet, pœna L. Corneliæ non teneatur *L. 1.* §. *Divus. 3. ibi quamvis ferro. ff. ad L. Corn. de Sicar. l. 1. Cod. eod.* siquidem in L. Cornel. magis consideratur animus quam actus, ut ex Claudio Aprutino loquitur Petr. de Ferrar. *d. l. in Addit. p. 544* Et licet vulnera non dentur ad mensuram, adeoque mandans ratione latæ culpæ quoddammodo in dolo esse videatur *arg. d. l. 1. C. ad L. Cornel. de Sicar.* Jul. Clarus *in Pract. Crim. quæst. 89. n. 5.* Menoch. *A. J. Qu. lib. 2. cas. 352. n. 2.* Carpz. *part. 1. qu. 1.* tamen in delictis sub dolo lata culpa non continetur *L. in lege 7. ff. ad L. Corn. de Sic.* Barbos. Locuplet. *sub voc. Culpa. ax. 15. & 21. & Dd. passim.* & pœnalia potius sunt restringenda quam extendenda. *l. interpretatione. 42. ff. de Pœn.* Johan. à Reberteria *in Topic. Jur. loco à simili. pag. m. 20.* Conf. *hic. l. item Mela. 11.* §. *Celsus scribit. 2. l. huic scripturæ. 15.* §. *1. ff. ad L. Aquil.* Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 864.* Ludovic. Gilhaus. *in Arbor. judic. crim. c. 2. tit. 12. n. 12.* Fachin. *lib. 1. Controv. Jur. cap. 36.* Bronchorst. *cent. 2. Miscell. Controv. assert. 65.* Harprecht. *in tract. Crim. ad* §. *item. L. Cornelia 5. Inst. de publ. judic. n. 10. seqq.* Dn. Frantzk. *Exerc. ad Instit. final. quæst. 8.* Sebast. Schelkens *ad Inst. tit. Mand.* ubi simul ad contraria respondent. Add. Vinnius *ad* §. *7. Inst. Mand. & ibi alleg.*

§. XXV. Quomodo autem hic mandatum probetur, Dd. tractant alibi. Ipse in defectu aliarum probationum confessionem s. nominationem mandatarii etiam locum ad torturam facere arbitror. Jul. Clarus *in pract. crim. quæst. 25. n. 12.* Hippol. de Marsiliis *in pr. Crimin.* §. *diligenter. n. 37.* Farinac. *lib. 1. tit. 5. quæst. 44. per tot.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præs. 89. n. 75.* modo tamen ea concurrant adminicula, quæ per *Art. 31. Const. Crim.* in nominatione Socii Criminis requiruntur. Mandatarius enim & Mandans Socii criminis sunt, unde & quæstioni non aliter fides habenda, quam concurrentibus iis, quæ

in quæstione & nominatione Sociorum criminis jura postulant. Zanger. *de Quæst. & Tortur. cap. 2. n. 79.* Anton. Faber *in Cod. Saband. tit. de pæn. Def. 5.* Carpzov. *part. 3. qu. 21. n. 40.* cum similium eadem debeat esse qualitas & judicium Barbos. Locupl. *sub voc. simile.* Wesenb. *vol. 1. cons. 4. & 9.*

§. XXVI. Et hæc equidem de Mandato sufficiant, quæ omnia ferè in consilio quoque sibi locum vendicant, nam quamvis in contractibus consilium consultori non sit damnosum. Vid. supra *cap. 2. §. 20. & seqq.* In delictis tamen aliter obtinet, cum hic versemur in actibus illicitis, qui nunquam debent manere impuniti. Dd. passim. habito tamen semper respectu an consilium ad delictum se habeat causaliter, an concomitanter, an quis sine consilio delictum fuisset perpetraturus an non, ut sic pro ratione circumstantiarum pœna vel intensior vel remissior infligi possit. Jul. Clarus *in pract. Crim. quæst. 88. per tot.* Menoch. *A. J. Qu. lib. 2. cas. 351. per tot.* Theodor. Petr. *Concl. crim. 127.* Boer. *Dec. 162.* Johann. Petr. de Ferrar. *in pract. aur. in forma Inquisit. pag. 540.* Damhaud. *in prax. crim. cap. 70.* Harprecht. in *Tract. crim. ad § non solum. 11. Inst. de Injur. n. 1. seqq. & ad §. item l. Cornelia. 5. Inst. de publ. judic. n. 97.* Emanuel Soaretz. *in Thesaur. Recept. Sentent. sub voc. Consulens. & Criminalista passim.* quæ ipsa cum superius jam satis fuerint discussa, hic iterum repetere supervacaneum duco.

§. XXVII. Id sanè difficultate non caret: an quis aliquem qui ex malitia sua malum patrare decreverat, consulendo inducere possit, ut minus malum eligat? Ubi alii distingvunt inter simplicem propositionem minoris mali, qua ratione excusant consilium Lothi *Genes. cap. XIX. vers. 7. seqq.* & Judæ *Genes. c. XXXVII. v. 26. seqq.* & formalem svasionem sive inductionem, sc. ut istam licitam hanc vero illicitam judicent, Alii vero non solum simplicem istam propositionem, sed etiam formalem hanc svasionem defendere allaborant, in qua opera desudat Lessius *de J. & J. lib. 2. cap. 13. n. 19. seqq. & lib. 4. cap. 3. n. 33. seqq.* & hunc allegans & approbans Augustinus Barbosa *sub voce Malum. ax. 8.*

§. XXVIII. Nos ab utrisque merito recedimus, firmiter concludentes, quod ab istiusmodi consiliis penitus sit abstinendum Dn. Gerhard. *in Confess. Cathol. lib. 1. part. 2. cap. 2. pag. 233.* & ex eo Dn.

Tabor

Tabor ad Barbosam *d. l. in fin.* cum non sint facienda mala, ut inde eveniant bona aut minora mala, juxta illud Pauli *Rom. III. v. 8. relatum in cap. ex tuarum. 2. X. de Sortileg. cap. super eo. X. de Usur. Gloss. in l. qui sub praetextu. 9. Cod. de SS. Eccles. & Collect. ad d. cap. Rom. III.* & talia consilia sine peccato vix fieri possint, sed involvant quodammodo cooperationem in malo, quae nunquam licita esse potest. *Cap. qui cum fure. 4. X. de Furt. cap. quanta. 47. X. de Sentent. Excommun. l. jubemus. 14. §. Oeconomus. 2. C. de SS. Eccles. & ibid. Gloss. & Dd.* Imprimis, si quis adhuc habeat tempus & facultatem impediendi & prohibendi per allegata Jul. Clar. *in Pract. Crim. quaest. 87. n. seqq.* Harprecht. *in Tract. Crim. ad §. Item. L. Cornelia. 5. Inst. de publ. Judic. n. 131. seqq.* Arnold. Reyger *in Thesaur. Jur. sub voc. Tortura. n. 96.*

§. XXIX. Neque etiam factum Judae & Lothi in sacris ullibi excusari video, non obstante. *2. Petr. 2.* ubi Lothus praedicatur justus, quippe quod intelligendum relativè, facta sc. relatione ad reliquos concives injustos. Vid. Polus *ad d. loc. in verb. Justus.* quid quod per unicum peccatum Justi titulus non amittitur, praesertim, si seria statim subsequatur poenitentia, cum sanctissimos etiam graviter lapsos esse, ex sacra pagina edoceamur, pari ratione, qua David dicitur Vir secundum cor & voluntatem Dei, cum tamen homicidii & adulterii reus esset. *2. Samuel XI. & XII.*

§. XXX. Sed haec obiter tantummodo tetigisse sufficiat, neque etenim periculosam hanc litem nostram facimus, sed Dominorum Theologorum & Moralistarum digladiationi totam submittimus, veriti censuram Apellis de Sutore ultra crepidam judicante.

CAP. V. ET ULT.
DE
Suggestionibus, earumque Jure in judiciis.

§. I.

EXspatiati hactenus extra judicium, jam in judicium demum divertimur, visuri etiam, quid ibidem juris circa Suggestiones obtineat.

§. II. Committuntur autem in judicio Suggeſtiones vel à partibus, vel ab ipſo judice.

§. III. A partibus id potisſimum fit per obreptionem, uti Dd. loqvuntur, quæ in ſpecie vocatur Suggeſtio falſi *in cap. ſuper literis. 20. X. de Reſcript. cap. ſuper eo. X. de Appellat. Gloſſ. in l. præſcriptione 2. C. ſi contra jus vel util. publ. in pr.* Barboſ. Locupl. *ſub voc. Suggeſtio. ax. un.*

§. IV. De hac Suggeſtione notandum, quod Mandata vel Reſcripta ad illam impetrata ſint ipſo jure nulla. *l. ſi quis obrepſerit. 29. ff. ad L. Cornel. de Falſ. l. etſi legibus. 5. C. ſi contr. jus vel util. publ. l. 1. & 2. C. ſi nupt. ex Reſcript. petant. & ibid. Gloſſ. & Dd.* Cravett. *conſ. 68. n. 2.* Menoch. *A. J. Qu. lib. 2. caſ. 201. n. 2. ſeqq.* Simon Piſtor. *conſ. 1. n. 3. ſeqq.* quod tamen intelligendum de Reſcriptis Gratiæ, non vero juſtitiæ, ſ. ad lites, utpote quæ per ſe ſubſiſtunt, & per exceptionem Obreptionis demum infirmantur. *l. 1. & 2. C. ſi contr. jus vel util. publ. & ib. Gloſſ.* & B. Dn. Brunnem. *cap. ex parte 3. X. de Capell. Monach.* Bald. *in l. 2. C. de LL. & in l. ult. C. ſent. reſcind. non poſſ. n. 4.* quamvis id variè declaret & limitet Sigism. Scaccia *de Judic. lib. 1. caſ. 64. num. 9.*

§. V. Obreptione etenim quæ fiunt, omnino ſunt caſſanda. *cap. cum dilectus. 32. X. de Elect. cap. cum olim. 12. X. de Sent. & Re judicat. cap. ſi aliquando 41. & ſeqq. X. de Sentent. Excommun.* cum dolus nemini debeat patrocinium præſtare Barboſ. Locupl. *ſub v. Dolus.* & ex calliditate ſua lucrum ſentire admodum ſit inconveniens B. Dn. Brunnem. *ad l. 11. ff. de interrog. in jur. fac. n 37.* adeo quidem ut etiam ſententia & diſpenſatio Papæ ad falſam ſuggeſtionem emanata in melius reformari debeat. *cap. cum ex literis 5. X. de integr. reſtit. cap. ſuper literis 10. cap. ex inſinuatione. 37. X. de Reſcript.* Kirchhoff. *part. 3. conſ. 3. n. 1. ſeqq.*

§. VI. Quare ſi ex ſupplicatione, per quam reſcriptum vel mandatum eſt elicitum, appareat, falſas fuiſſe preces, poterit, imo debebit judex poſthabito Reſcripto vel mandaro in veritatem inquirere & ſuper exceptione obreptionis pronuntiare. Dn. D. Brunnem. *ad l. 1. ff. de Conſt. Princip. n. 3. & l. 3. C. ſi contra Jus vel util. publ. n. 5.* Et licet regulariter de judicio principali diſputare non ſit permiſſum,

cum

cum id instar Sacrilegii reputetur *in l. disputare. 3. C. de Crim. Sacrileg.* tamen de voluntate & scientia Principis disputare non est prohibitum. *per text. notab. in l. ex facto 43. ff. de V. & P. Subst.* Cuno *de Pact. lib. 1. cap. 24. n. 106.* quia nonnunquam malè instruitur & informatur Princeps *l. 1. Cod. de Petit. Bon. sublat. cap. fin. de Rescript. in 6. & ibi Gloss. in verb. importunitatem cap. un. in pr. de Relig. Dom. eod.* & sic omnia Ejus Rescripta intelligenda sunt cum tacita hac conditione : Si preces veritate nitantur. *l. ult. C. de Divers. Rescript. cap. si quando. 5. cap. sedes. 15. cap. super literis. 20. X. eod. & ibid. Gloss. & Canonistæ.* Scaccia *de Judic. lib. 1. cap. 64. n. 7.* imprimis cum nunquam præsumatur Principi aliquid placere, nisi quod justum & verum sit *l. digna vox. 4. C. de LL. l. si quando 35. C. de Inoffic. testament. & text. singular. in d. cap. si quando 5. X. de Rescript.* ubi patienter, inquit, Summus Pontifex, sustinebimus, si non feceris, quod prava nobis insinuatione fuerit suggestum. Conf. Bart. *in l. 2. C. si contr. jus vel util. publ. n. 2.* Bald. & Jason. *in l. 1. ff. de Constit. Princip.* Gail. *lib. 1. obs. 14. & lib. 2. obs. 58. & Dd. passim.*

§. VII. Sed, quid si rescriptum per falsa narrata impetratum plura contineat capitula, annon tum commissa falsitate in uno, totum vitiatur rescriptum? Ubi Dd. distingvunt inter capitula connexa & separata & illo casu quæstionem affirmandam, hoc vero negandam esse volunt. Zoes. *ad tit. X. de Rescript. n. 30.* Gail. *d. obs. 14. n. 4.* Dn. Brunneman. *ad l. 5. C. si contr. jus vel util. publ. num. 6.* quod posterius tamen merito temperandum, nisi falsum (prout hic plerumque solet fieri) dolosè fuerit suggestum, nam tunc propter dolum & in pœnam Rescriptum etiam in capitulis separatis irritum esse autumo per *d. l. 5. C. si contr. jus vel util. publ. cap. sedes. 15. & cap. super literis. 20. X. de Rescript. verb. careat penitus.* Bald. *in cap. ad audientiam. n. 11. d. t. per text. in cap. si eo tempore. eod. in 6.*

§. VIII. Incumbit autem his casibus probatio falsitatis non excipienti, sed supplicanti de veritate narratorum docere convenit. Octav. Cacheran. *Decis. Pedemont. 171. in fin.* Simon Pistor. *dict. Cons. 1. n. 6.* cum etiam alias ille qui factum allegat, istud probare debeat, *l. Asseveratio. Cod. de Non numerata pecunia.* & indubitati juris sit, quod fundans se in aliqua qualitate, qualitatem istam demonstrare ne-

ceſſe habeat. *cap. ab eo. 31. de Elect. in 6. l. ignorat. 9. & ibid. Dd. C. qui accuſ. non poſſ.* Maſcard. *de Probat. vol. 3. concluſ. 1128. n. 4. ſeqq.* quod limitat. B. Dn. Brunnem *ad. l. 11. ff. de interr. in jur. fac. nu. 38.* niſi excipiens ſimul alleget dolum ſupplicantis; De quo tamen valde dubito, per rationem, quod dolus præſumatur, ſi quis ea, quæ non ſunt vera, expreſſe & ſciens afferat, & ita aliquem ad aliquid faciendum inducat. *l. & eleganter 7. §. fin. l. ſi quis affirmaverit 9. §. 1. ff. de Dol. mal.* & ibid. Bart. Arnold. Reyger. *in Theſaur. Jur. ſub voc. Dolus ax. 3. n. 3. & ib. allegati.* Conf. *cap. 3. §. 17. in fin.* Ex quo è contrario fluit, quod iſti, qui exceptionem ſubreptionis opponit, eam probare incumbat. Maſcard. *d. Concl. 1128. n. 15. ſeqq.* quod utrumque tamen limitatur, niſi is, qui alias probare deberet, habeat pro ſe præſumtionem juris. Vid. Zanger. *de Except. part. 2. cap. 17. n. 18.* Rutger Ruland. *de Commiſſ. Part. 1. cap. 2. n. 14.* Barboſ. Locupl. *ſub voce Præſumptio. ax. 4. & 5. & ſub voc. Probatio. ax. 24. & 29.*

§. IX. Quemadmodum in extrahendis Principum Reſcriptis, ita quoque in requirendis Prudentum Conſiliis ſ. Reſponſis ſuggeſtiones occurrere poſſunt. Notum enim eſt, quod legum vel jurium allegatio partibus non ſit prohibita. Bald. *in Authent. jubemus. C. de Judic. & in l. indubitati juris. 19. C. ad L. Jul. de Adulter.* adeo quidem, ut etiam poſt concluſionem cauſæ informationes & conſilia prudentum exhiberi poſſint. Gail. *lib. 1. obſ. 107. n. 13.* Mynſing. *Cent. 6. obſ. 65. n. 14. & ſeqq.* id quod etiam probat **die Fürſtl. Mecklenburg. Land- und Hoff-Gerichts-Ordn.** *Part. 2. tit. 32.* §. **Und ſtehet.** Verum cum hæc Conſilia ad falſa Partium narrata plerumque emanere ſoleant, ideoque quantum ipſis fidei ſit tribuendum, facile patet. **Denn als einer beichtet/** (uti loquimur) **ſo wird er auch** abſolviret. & qui malè narrat, male impetrat. Beſold. *in Theſaur. Pract. ſub voc.* **Belehrungs-Urthel.** Ad quod digitum intendiſſe videtur Cujacius, dum omnibus fere Conſultationibus ſuis præmiſit verba: Si ita eſt, quemadmodum conſultatione tua ſignificas. Quapropter etiam non tam Sapientum & JCtorum Reſponſa, quam narrata, ad quæ Reſponſa data, intuenda eſſe recte monet Cothman. *Vol. 3. Conſ. 29. n. 404.* Add. Mevius *part. 1. Dec. 110. num. 5.* Dn. Brunneman. *ad l. ult. C. de Relat.* Et quamvis iſtiusmodi Reſponſa Actis adjungantur, non tamen ſunt pars Actorum,

ctorum, ideoque quatenus factum in Actis non deductum concernunt, fidem nullam faciunt Gail. *lib. 1. obs. 107. n. 13.* Arnold. Reyger. *in Thesaur. Jur. sub voc. Consilium. n. 3.* Fürstl. Mecklenb. L. und H. Ordnung. *d. l. verb.* Jedoch/ daß auch darin nichts neues in facto ausserhalb der ergangenen Acten eingeführet und deduciret werde &c. Sed hæc de Suggestionibus Partium.

§. X. A judice committuntur Suggestiones multis modis, & quidem sæpissimè non sine insigni Partium injuria & præjudicio, quam ob causam etiam judici regulariter ab ipsis abstinendum esse docent. Dd. *ad art. 31. Const. Crim.* Scaccia *de Judic. lib. 1. cap. 86. n. 7.* Cothman. *vol. 1. Resp. 7. n. 1. seqq. & vol. 3. Resp. 29. n. 319. seqq.* Barbosa Locupl. *sub. voce. Suggestio.*

§. XI. Non tamen hic omnes suggestiones excutere vacat, & inprimis eas, quæ in processu Civili circa Examina evenire possunt, sed Criminalium tantummodo Causarum rationem habiturus, de ipsorum Reorum examine & quæstionibus, utpote in quibus Suggestionum abusus se præcipue exserere solet, pauca in medium proferam, exquibus insimul, quid in examine Testium in criminalibus sit observandum, facile apparebit.

§. XII. Cum vero nomine quæstionis etiam ipsa veniat tortura, per rationem, quod hodie homines plerumque per torturam interrogentur. *l. item. apud 15. §. quæstionem. 41. ff. de Injur. l. 10. & passim. ff. de Quæst.* Carpzov. *prax. Crim. part. 3. quæst. 117. n. 18.* quæ tamen realiter differunt. *lex Divus. 9. §. 1. l. 17. pr. l. 18. §. 6. ff. de Quæst. l. 6. 7. & seqq. Cod. eod. Art. 46. Const. Crim. verb.* Soll mit Bedräuung der Marter gefraget werden. Ideoque ad evitandam confusionem de ipsa Tortura quædam præludere libuit.

§. XIII. Non autem hic jam disputabo, an Tortura in se & natura sit injusta & illegitima? Id quod defendere conantur. Ant. Matth. *in Oper. Crimin. lib. 48. tit. 16. cap 5.* Wissenb. *ad ff. tit. de quæst. th. 13.* Mayfartus in der Christlichen Erinnerung/ wie das abscheuliche Laster der Hexerey mit Ernst auszurotten. *cap. 17. & 21.* & alii plures, quos tamen graviter retundit Bachov. *in Not. ad Wesenbec. tit. de Quæst. n. 1. seqq.* & ad Treutl. *Vol. 2. Disp. 31. th. 5. lit. E. & F.* Carpz. *d. quæst. 117. n. 1. seqq.* Zanger. *de Tortur. & Quæst. cap. 1. & 2. & Dd. passim.*

passim. Sed hoc tamen certum est, quod tortura sit res fragilis & periculosissima, quæ veritatem sæpius fallit. Zanger. *d. tr. in præm. num. 40. & cap. ult. n. 22.* cum experientia testetur quotidiana, quod miseris Reis sæpissimè per torturam aliquid suggeratur, de quo antea nunquam cogitarunt Anton. Faber. *in Cod. Sabaud. tit. de Quæst. Def. 16. n. 2.* Sunt enim multi tanta impatientia, ut quodvis mentiri, quam pati tormenta velint *l. 1. §. Quæstioni. 23. ff. de Quæst.* imo multi, dum hasce angustias sustinere coguntur, potius mori quam vivere cupiunt. Cic. *in partit. pag. m. 548.* Damhoud. *in Praxi Crim. cap. 39.* Carpzov. *d. l. n. 5.* Unde fit, ut etiam torti vario modo fateantur, & non tantum se, verum etiam alios criminentur *d. l. 1. §. 23. ff. de Quæst.* verone tamen an falso, anceps sæpius conjectura remanet, quoniam & vera confessis & falsa dicentibus idem doloris finis ostenditur, ut de tortura Philotæ eleganter loquitur Curt. *lib. 6. cap. ult.*

§. XIV. Quapropter necesse est, ut judex hac in re cautè procedat, nec contra Edictum D. Augusti sine sufficientibus indiciis ad torturam temerè prosiliat. *L. 1. p. 2. & §. 1. L. Edictum 8. pr. ff. de quæst. C. 6. X. de R. J. Art. 20. Const. Crim.* Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1385.* Menoch. *A. J. Qu. lib. 2. cas. 270. n. 1. seqq.* Damhoud. *Pr. Crim. cap. 35. n. 5. & 12. cap. 37. n. 12.* Nam, si absque indiciis per tormenta confessio reo fuerit suggesta atque extorta confessio ista reputatur pro nulla. *arg. l. 2. seqq. Cod. Si ex fals. instrum. d. Art. 20. Const. Crim. & ibid. Dd.* Jul. Clarus *in pract. crim. quæst. 55. n. 14.* Cothman. *vol. 3. cons. 29. n. 331. seqq.* Dn. Brunnem. *ad l. Maritus 20. ff. de Quæst. in f.* etiamsi Reus in ea perseveret. *Gloss. & Dd. in l. pen. ff. de Quæst.* Petri de Ferrar. *in pract. aur. in forma inquisit. pag. 535. in addit.* Theodor. Petr. *conclus. crim. 98.* Anton. Faber *in Cod. Sabaud. Tit. de quæst. Def. 8. n. 5.* Lauterbach. *Tit. de Quæst. lit. C.* Arnold. Reyger. *in Thesaur. jur. sub voc. Tortura, num. 13.* in dubio etenim præsumitur quis confessus esse metu tormentorum, quibus laceratur, & in eodem timore constitutus eandem confessionem ratificasse. Bald. *in l. 5. Cod. de Confess.* Zanger. *de Quæst. & Tort. cap. 2. n. 8. seqq. & cap. ult. n. 59.* Dn. Brunnem. *ad l. 1. ff. de Quæst. n. 1.*

§. XV. Et hoc ob paritatem rationis etiam ad minas & territionem extendit Bald. *in l. si quis 10. C. de Episc. & Cler. n. 4. & in l. novissime,*

vissimi. 7. pr. ff. quod falſ. Autor. Tutor. ubi dicit: quod paria ſint confiteri in tormentis & metu tormentorum. Conf. Jul. Clar. *in Pr. Crim. quæſt. 64. n. 31.*) Hippol. de Marſiliis *in Pract. crim. §. expedita. n. 1. ſeqq.* Carpz. *P. 3. Qu. 113. n. 48.* Imprimis, ſi inquiſitus ſit meticuloſus, ſiquidem in meticuloſis timor tormentorum ſoleat quandoque magis operari, quam ipſa tortura in fortibus & virilibus. Sigism. Scacc. *de Judic. lib. 1. cap. 86. n. 7.*

§. XVI. Quod adeo verum eſt, ut inſuper judex injuſtè torquens teneatur de Syndicatu ad damna, injuriam, expenſas & intereſſe. *d. Art. 20. Conſt. crim.* Joh. Petr. de Ferrar. *in pract. aur. d. l. pag. 532.* Hippol. de Marſil. *d. l. & §. ſucceſſive. n. 2. ſeqq.* Hahn. ad Weſenb. *tit. de Quæſt. num. 8.* Non obſtante Urpheda à Torto præſtita, quia ut tortura, ita Urpheda nulliter à Judice eſt exacta. Dn. Tabor. *ad d. Art. 20. n. 14. ſeqq.* Imò, ſi judex doloſe aliquem torſerit, & in tormentis enecaverit, capitali ſupplicio merito ſubjiciendus eſſet Jul. Clarus *Recept. Sentent. lib. 5. §. homicidium. n. 16. & in pr. Crim. quæſt. 64. n. 2. & 37. & quæſt. 78. n. 22.* Anton. Faber *in Cod. Sabaud. tit. de Quæſt. def. 12. n. 2.* Emanuel. Soaretz. *in Theſ. Recept. Sent. ſub voce Quæſtio. & ſub voc. Tortura. n. 286.* Carpzov. *Part. 3. qu. 127. n. 3.* Lauterb. *tit. de Quæſt. lit. C.* Dn. Brunnem. *d. l. n. 2.*

§. XVII. His ita de Tortura præmiſſis, ad ipſa Examina & Quæſtiones, quæ mediante Tortura expediri ſolent, demum progredior.

§. XVIII. Examinatur autem ſ. interrogatur Reus vel de ſe ipſo, vel de Sociis ſ. conſortibus.

§. XIX. Quod ad primum attinet, notandus ſtatim eſt peſſimus quorundam judicum uſus, vel potius abuſus, qui ſimplices Reos per promiſſionem immunitatis ad delicta confitenda inducere ſolent; Ubi facile contingere poteſt, ut Inquiſitus aliquod delictum confiteatur, quod tamen ipſi antea nequidem per ſomnium in mentem venit, certa ſpe fretus, fore, ut per id moleſtia carceris & torturæ liberetur. Quare etiam iſtum procedendi modum valdè improbant Cuno *de Pact. lib. 1. cap. 23.* Jul. Clarus *in Pract. Crim. quæſt. 55. n. 8. ſeqq.* Scaccia *de Judic. lib. 1. cap. 86. n. 35. & cap. 87. num. 25.* Carpzov. *part. 3. qu. 13. n. 50.* Dn. Brunnem. *in Proc. Inqu. cap. 8. memb. 3. n.*

passim. Sed hoc tamen certum est, quod tortura sit res fragilis & periculosissima, quæ veritatem sæpius fallit. Zanger. *d. tr. in præm. num. 40. & cap. ult. n. 22.* cum experientia testetur quotidiana, quod miseris Reis sæpissimè per torturam aliquid suggeratur, de quo antea nunquam cogitarunt Anton. Faber. *in Cod. Sabaud. tit. de Quæst. Def. 16. n. 2.* Sunt enim multi tanta impatientia, ut quodvis mentiri, quam pati tormenta velint *l. 1. §. Quæstioni. 23. ff. de Quæst.* imo multi, dum hasce angustias sustinere coguntur, potius mori quam vivere cupiunt. Cic. *in partit. pag. m. 548.* Damhoud. *in Praxi Crim. cap. 39.* Carpzov. *d. l. n. 5.* Unde fit, ut etiam torti vario modo fateantur, & non tantum se, verum etiam alios criminentur *d. l. 1. §. 23. ff. de Quæst.* verone tamen an falso, anceps sæpius conjectura remanet, quoniam & vera confessis & falsa dicentibus idem doloris finis ostenditur, ut de tortura Philotæ eleganter loquitur Curt. *lib. 6. cap. ult.*

§. XIV. Quapropter necesse est, ut judex hac in re cautè procedat, nec contra Edictum D. Augusti sine sufficientibus indiciis ad torturam temerè prosiliat. *L. 1. p. 2. & §. 1. L. Edictum 8. pr. ff. de quæst. C. 6. X. de R. J. Art. 20. Const. Crim.* Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1385.* Menoch. *A. J. Qu. lib. 2. cas. 270. n. 1. seqq.* Damhoud. *Pr. Crim. cap. 35. n. 5. & 12. cap. 37. n. 12.* Nam, si absque indiciis per tormenta confessio reo fuerit suggesta atque extorta confessio ista reputatur pro nulla. *arg. l. 2. seqq. Cod. Si ex fals. instrum. d. Art. 20. Const. Crim. & ibid. Dd.* Jul. Clarus *in pract. crim. quæst. 55. n. 14.* Cothman. *vol. 3. cons. 29. n. 331. seqq.* Dn. Brunnem. *ad l. Maritus 20. ff. de Quæst. in f.* etiamsi Reus in ea perseveret. *Gloss. & Dd. in l. pen. ff. de Quæst.* Petri de Ferrar. *in pract. aur. in forma inquisit. pag. 535. in addit.* Theodor. Petr. *conclus. crim. 98.* Anton. Faber *in Cod. Sabaud. Tit. de quæst. Def. 8. n. 5.* Lauterbach. *Tit. de Quæst. lit. C.* Arnold. Reyger. *in Thesaur. jur. sub voc. Tortura, num. 13.* in dubio etenim præsumitur quis confessus esse metu tormentorum, quibus laceratur, & in eodem timore constitutus eandem confessionem ratificasse. Bald. *in l. 5. Cod. de Confess.* Zanger. *de Quæst. & Tort. cap. 2. n. 8. seqq. & cap. ult. n. 59.* Dn. Brunnem. *ad l. 7. ff. de Quæst. n. 1.*

§. XV. Et hoc ob paritatem rationis etiam ad minas & territionem extendit Bald. *in l. si quis 10. C. de Episc. & Cler. n. 4. & in l. no-*

vissime,

vissimi. 7. pr. ff. quod falf. Autor. Tutor. ubi dicit: quod paria sint confiteri in tormentis & metu tormentorum. Conf. Jul. Clar. *in Pr. Crim. quaest. 64. n. 31.* Hippol. de Marsiliis *in Pract. crim. §. expedita. n. 1. seqq.* Carpz. *P. 3. Qu. 113. n. 41.* Imprimis, si inquisitus sit meticulosus, siquidem in meticulosis timor tormentorum soleat quandoque magis operari, quam ipsa tortura in fortibus & virilibus. Sigism. Scacc. *de Judic. lib. 1. cap. 86. n. 7.*

§. XVI. Quod adeo verum est, ut insuper judex injuste torquens teneatur de Syndicatu ad damna, injuriam, expensas & interesse. *d. Art. 20. Const. crim.* Joh. Petr. de Ferrar. *in pract. aur. d. l. pag. 532.* Hippol. de Marsil. *d. l. & §. successive. n. 2. seqq.* Hahn. ad Wesenb. *tit. de Quaest. num. 8.* Non obstante Urpheda à Torto praestita, quia ut tortura, ita Urpheda nulliter à Judice est exacta. Dn. Tabor. *ad d. Art. 20. n. 14. seqq.* Imò, si judex dolose aliquem torserit, & in tormentis enecaverit, capitali supplicio merito subjiciendus esset Jul. Clarus *Recept. Sentent. lib. 5. §. homicidium. n. 16. & in pr. Crim. quaest. 64. n. 2. & 37. & quaest. 78. n. 22.* Anton. Faber *in Cod. Sabaud. tit. de Quaest. def. 12. n. 2.* Emanuel. Soaretz. *in Thes. Recept. Sent. sub voce Quaestio. & sub voc. Tortura. n. 286.* Carpzov. *Part. 3. qu. 127. n. 3.* Lauterb. *tit. de Quaest. lit. C.* Dn. Brunnem. *d. l. n. 2.*

§. XVII. His ita de Tortura praemissis, ad ipsa Examina & Quaestiones, quae mediante Tortura expediri solent, demum progredior.

§. XVIII. Examinatur autem s. interrogatur Reus vel de se ipso, vel de Sociis s. consortibus.

§. XIX. Quod ad primum attinet, notandus statim est pessimus quorundam judicum usus, vel potius abusus, qui simplices Reos per promissionem immunitatis ad delicta confitenda inducere solent; Ubi facile contingere potest, ut Inquisitus aliquod delictum confiteatur, quod tamen ipsi antea nequidem per somnium in mentem venit, certa spe fretus, fore, ut per id molestia carceris & torturae liberetur. Quare etiam istum procedendi modum valde improbant Cuno *de Pact. lib. 1. cap. 23.* Jul. Clarus *in Pract. Crim. quaest. 55. n. 8. seqq.* Scaccia *de Judic. lib. 1. cap. 86. n. 35. & cap. 87. num. 25.* Carpzov. *part. 3. qu. 13. n. 50.* Dn. Brunnem. *in Proc. Inqu. cap. 8. membr. 3. n.*

1. n. 53. seqq. & Criminalistæ passim. & confessionem ad ejusmodi suggestivas promissiones elicitam minime ad condemnandum sufficere statuunt Bart. *in l. 2. ff. de Confess. n. 10. & in l. error. 7. C. de Jur. & fact. ignor. n. 7.* Jason. *Coll. 3. eod.* Hippol. de Marsiliis *in Pract. Crim. & postquam. n. 15. seqq.* Anton. Faber *in Cod. Sabaud. tit. de Fals. monet. Def. 4. n. 2.* Farinac. *lib. 1. tit. 5. qu. 81.* Carpzov. *d. l.* inprimis si confessio postea revocetur, quo casu ne extraordinariæ quidem pœnæ locus esse posset. Menoch. *A. J. Qu. lib. 2. cas. 367. n. 8.* Cuno *de Pact. d. l. n. 32.* legitimis enim modis in veritatem delictorum inquirere studeat judex non vero cautelis, fictionibus & fallaciis Jul. Clarus *in Pract. Crim. qu. 45. n. 11. qu. 57. n. 8. seqq.* Dn. Brunnem. *in Process. Inquis. d. l.* utpote, quæ laxant habenas malitiis, *Gloss. in l. cum hi. 8. §. si cum his. 20. ff. de Transact.* & ædificant judici gehennam in seculo posteriori. Sigism. Saccia *d. cap. 86. n. 36.* Dn. D. Stryke *in Cautel. contract. Sect. 1. cap. 1. §. 8.* Quamvis non negem, quod in delictis occultis & periculosis ejusmodi inductio sæpius non sit inutilis, de quo vid. *l. quisquam 5. §. sane 7. C. ad L. Jul. Majest. l. 1. vers. Accusatoribus C. de Fals. monet.* Damhaud. *in prax. crim. cap. 37. n. 13.* Dn. Brunneman. *d. l. n. 56.* quibus casibus tamen confitenti promissa impunitas erit servanda *dd. DD.*

§. XX. Neque tamen hic confundendæ sunt Cautelæ inhonestæ cum honestis Jul. Clarus *in pract. Crim. d. l.* Dn. D. Stryke *in Caut. contract. Sect. 1. cap. 1. n. 7. seqq.* nam has non solum non increpandas, sed summopere quandoque laudandas esse apparet ex facto Salomonis. *1. Reg. 3. relato in cap. afferte. 2. X. de Præsumpt.* Quo pertinet etiam exemplum Caroli M. qui certus, quod vel Pater vel Filius, quos captivos detinebat, aliquem occidisset, incertus tamen, uter eorum fecisset, utrumque suspendi jussit, donec Pater, qui verè deliquerat, fateretur, se occidisse. Menoch. *A. J. Qu. lib. 2. cas. 270. n. 15.* Boerius *Dec. 166. n. 6.* Quod exemplum inter cautelas inhonestas male refert Sigism. Scaccia *de Judic. d. l.* Quamvis & his cautelis cautè utendum esse arbitrer, cum experientia fecerit testatum, quod multi etiam ficti & simulati suppliciii metu falsa deposuerint, imo mortem oppetierint, de qua remissive Dn. Brunnem. *d. l. n. 59.*

§. XXI. Quo igitur judex ab omni suspicione liberetur, & suggestio-

gestiones, quantum fieri possit, evitentur, necesse est, ut examina & quæstiones legitimè instituantur & peragantur. Ad quod non parum proficiet, si Articuli ritè formentur. Quomodo autem Articuli aptè sint concipiendi, inter alios docet Scaccia *de Judic.* ubi passim per praxin rem declarat.

§. XXII. Sed in hoc puncto à Judicibus quam plurimis graviter peccari videmus, dum Articulos suos Inquisitionales non interrogativè sed positivè formare consueverunt v. gr. Wahr/ daß Inquisitus an dieser That schuldig/ uti sæpius ex Actis Criminalibus me observasse memini. In quos acriter invehitur B. Dn. Brunneman. *in Proc. Crim. cap. 8. memb. 1. n. 34.* Multum enim interest inter positiones, quas proponit pars in civilibus, & mediante juramento dandorum veras secredere asserit, & inter Articulos Inquisitionales, quos Judex nondum pro veris habet, sed in quorum veritatem adhuc inquirit. Et quamvis Judici de veritate admissi criminis quandoque constaret, tamen multa occurrere possent, quæ positivè proferri non deberent. Nam si judex super circumstantiis positiones affirmativas faceret, tunc suggereret Reo responsionem & impingeret contra *Constit. Crim. Art. 56. ibi :* Keinem Gefangenen die Umbstände der Missethat vorsagen. *in Rubro & Nigro.* Quam ob causam etiam in Processu Criminali Accusatorio Interrogatoria præferenda, & Positiones Affimativas fugiendas esse censeo contra Jul. Clarum *Pract. Crim. quæst. 45. n. 4.* siquidem etiam alias consultius est, facere interrogationes, quam positiones, docente Joh. Petr. de Ferrar. *in pract. aur. in forma Position. Actor. pag. 128.* Præsertim, cum Reus pertæsus vitæ facile ad omnes Articulos positionales affirmativè respondere, & ita judex de qualitate delicti certus esse non possit. Dn. Brunnem. *d. l.* & Sigism. Scaccia *de Judic. passim.*

§. XXIII. At ne sic quidem omnes scopuli erunt superati, siquidem etiam ipsas Interrogationes ad aliquid suggerendum aptissimas esse docet *l. 1. §. qui quæstionem. 21. ff. de Quæst. ibi :* alterum enim magis suggerentis, quam requirentis s. interrogantis videtur. Quæ lex quamvis propriè de Teste loquatur. Dn. Brunnem. *d. l. num. 37.* ad reum tamen etiam haud incommodè extendi potest. Bart. *ad d. l. 1. ff. de Quæst.* Scaccia *de Judic. lib. 1. cap. 86. n. 7. & 40.* Cui etiam ad-

F stipu-

stipulatur *Const. Crimin. Art. 31. n. 1. & d Art. 56.* ibi: **Solches wird damit verderbet / wenn den Gefangenen in Fragen dieselbe Umbstände vorgesaget werden.** v. gr. si quæratur: **Ob nicht** Inquisitus **den** Titium **mit dem Degen durch den Leib gestochen? Ob es nicht an den und den Orth / zu der und der Zeit geschehen?** Nam ita suggeritur potius fugiendi modus quam veritas indagatur, & inquisitus in tortura constitutus omnia facile affirmabit, sicuti ipsi circumstantiæ sunt suggestæ. Jul. Clarus *in Pr. Crim. quæst. 45. n. 11.* Dn. Brunnem. *d. l. n. 40. seqq. & cap. 7. in fin.* Sicuti nec ista interrogatio vitio caret, si quis delictum aliquod confessus statim super aliis delictis interrogetur, juxta illud: **Hat er dieses gethan / so hat er auch wol ein mehrers gethan.** Jul. Clarus *d l. qu. 64. n. 45.* Hippolit. de Marsil. *in Pract. crim. §. contestante. n. 14. & §. secunda. n. 13.* Damhoud. *in Prax. crimin. cap. 37. num. 10. seqq.* Carpzov. *part. 3. qu. 113. n. 25. & qu. 124. n. 52.* ubi id declarat.

§. XXIV. Ab his igitur & similibus aliis specificis, inutilibus & periculosis interrogationibus s. suggestionibus sibi judex omnino temperet. *Art. 100. Const. Crimin. & ibid.* Stephan. & Remus. & curet potius, ut omnes circumstantiæ & qualitates ab ipso reo exprimantur. Damhouder. *d. cap. 37. n. 8.* Carpzov. *d. quæst. 124. n. 46.* Ita enim, si Reus in genere tantum interrogetur, certius elicietur veritas, & judex in conscientia sua securior reddetur, imo interdum Reus eo citius convinci poterit falsitatis. Dn. Brunneman. *d. memb. 1. n. 42. & ad l. 1. ff. de Quæst. num. 10.*

§. XXV. Quod si tamen Judex sufficientibus indiciis sit instructus vel Reus etiam ipsum delictum jam fuerit confessus, tunc utique judex ad interrogationes speciales devenire & pro prudenti suo arbitrio aliquas circumstantias suggerere non prohibetur. *Art. 48. & 56. Const. Crim.* Bocer. *de Quæstion. & Tortur. cap. 5. num. 47.* Sigism. Scaccia *de Judic. lib. 1. cap. 86. n. 38. & cap. 97. num. 180.* Carpzov. *d. l. num. 37. seqq.* Quemadmodum nec eo casu suggestiones improbandas esse reor, si agatur de defensione Reorum, & de innocentia ipsorum quodammodo appareat, cum Inquisitio ita sit formanda, ut non tantum non auferantur Reis defensiones, verum etiam faciliores reddantur, Reique sese eo melius in judicio tueri queant. Robertus

Maranta

Maranta *in Speculo Aureo tit. Et pervenitur aliquando per viam inquisit. part. 6. n. 183.* Hippol. de Marsiliis *Pract. Crimin.* §. *nunc videndum. num. 6. seqq.* §. *sequitur. num. 43. seqq.* §. *ultima. num. 12. seqq.* Carpzov. *d. l. n. 36.* Dn. D. Stryke. *in tract. de Jure Sensuum Differt. 1. cap. 4 n. 48.*

§. XXVI. De Sociis & Complicibus delicti interrogatio seu quæstio regulariter videtur illicita *per text. in l. Repeti. 16. §. 1. ff. de Quæstion. l. quoniam. 11. C. de Test. l. ult. C. de Accusat. l. si filium. 37. C. de lib. caus.* nec nominationi s. inculpationi Sociorum videtur standum Hippol. de Marsiliis *in Pract. Crimin.* §. *constante. n. 93.* Robert. Maranta *d. l. n. 23.* Arnold. Reyger. *in Thesaur. jur. sub. voc. Testis. num. 66.* Menoch. *Arb. Jud. quæst. lib. 2. cas. 474. n. 24. 26.* Zanger *de Tort. & Quæst. cap. 2. n. 77.* B. Dn. Brunneman. *ad l. ult. C. de Accusat. & l. 1. C. de Fals. monet.* cum istud sit satis periculosum. *cap. 1. X. de Confession.* & Reus, si nominationem judici non ignoratam fore advertat, etiam innocentissimos audacter sit criminaturus. Farinac. *Oper. Crimin. lib. 1. tit. 5. quæst. 43. n. 132.* Gödelman. *de Mag. & Venefic. lib. 3. cap. 9. n. 1. seqq.* Joh. Cephal. *Cons. 113. l. 9.* Cothm. *vol. 3. Cons. 29. n. 318. & Cons. 30. n. 132.* Inde etiam Martianus *in l. deferre. 18. §. 3. ff. de Jur. Fisc.* hanc rationem assignat, quare damnati & in metallum dati & alii criminosi deferre non possint, ne sc. desperati ad delationem facile sine causa confugiant. Qui enim non pepercit sibi, nec aliis parcere præsumendus est *l. ult.* §. *sic autem 6. ff. de Bon. eor. qui ant. sentent.* & de sua salute desperans alienam quoque in dubium deducere non dubitabit, ut ex Paulo notat Gothofr. *ad l. repeti. 16.* §. *1. ff. de quæst. lit. C.* add. *d. cap. 1. X. de Confess.* accedit, quod socius criminis sit persona infamis, & sic ipsi perinde ut aliis infamibus imprimis in causis criminalibus non adhibenda fides. *l. testium. 3. l. in testimonium 20. ff. de Test. l. f. C. de Probat.* Jul. Clarus *in Pract. Crim. quæst. 24. n. 13.* Cravett. *Cons. 6. num. 66.* Wesenbec. *Cons. 98.* probat Cothman. *d. Cons. 29. num. 309. seq.* Octav. Cacheran. *Dec. Pedemont. 79. n. 33. & 38.* Anton. Faber *in Cod. Sabaud. tit. de quæst. Def. 23.* Henr. Giesebertus *in Peric. Statut. art. 5. n. 39. seqq.* ubi de plerorumque locorum praxi testatur.

§. XXVII. At vero, cum istud generaliter verum non esse LL. evincant quam plurimæ. Vid. *l. ult. ff. ad Exhibend. l. prius. 17. ff. ad SC-*

tum Sillan. l. Divus. 6. verf. sed & caput. ff. de cuftod. Reor. l. penult. C. de Fer. l. ult. Cod. de Malef. & Mathem. l. 1. pr. C. de Falf. monet. ideoque pro conciliatione textuum communiter diftigvi folet inter delicta excepta & non excepta, fc. ut quamvis in his interrogatio de Sociis fit irrita, (quod tamen variè declarat & limitat Sigismund. Scaccia *de Judic. lib. 1. cap. 97. n. 180.*) in iftis tamen eadem nequaquam improbanda. *per jura proximò alleg. add. Gloff. &* Gothofr. *in l. f. C. de Accuf. & in l. 1. C. de Quæft. Gloff. in cap. 1. X. de Confeff.* Bart. *in l. repeti. 16. ff. de quæft.* Jul. Clarus *in Pract. crim. quæft. 21. n. 3. feqq.* Mafcard. *de Probat. vol. 3. Concl. 1311. n. 21. feqq.* Boerius *Dec. 319.* Fachin. *Contr. Jur. lib. 9. cap. 88. & 92.* Zanger. *de quæft. & Tortur. cap. 2. num. 73.* Gœdelman. *d. cap. 9. num. 3.* Carpzov. *Part. 3. quæft. 21. num. 23. feqq.* Farinac. *d. quæft. 43. n. 12. feqq.* Dn. Brunnem. *ad l. ult. C. de Accufat. & Dd. pasfim.*

§. XXVIII. Quo cafu etiam confesfio f. nominatio Socii fidem merebitur, & fufficiens indicium erit non folum ad formandam & transmittendam inquifitionem, fed etiam ad torturam. Hippol. de Marfiliis *in Pract. crim. §. diligenter. n. 59. feqq.* Ant. Gometz. *Var. Refol. lib. 3. cap. 12.* Sigismund. Scaccia *de Judic. lib. 1. cap. 81. 86. & 97.* Cravett. *conf. 6. & 178.* non obftante inhabilitate Nominantis, utpote quæ legitimatur & purgatur per torturam. Jul. Clarus *in Practic. crimin. quæft. 21. num. 11. quæft. 24. num. 13.* Zanger. *d. cap. 2. num. 61.* Anton. Faber *in Cod. Sabaud. tit. de quæftion. Def. 23.* quæ eapropter dicitur Tiriaca infamiæ Scaccia *dict. cap. 81. n. 6. & Dd. ibid. alleg.*

§. XXIX. Sed hæc tum demum procedunt, fi ad interrogandum fufficientia adfint indicia, & ea concurrant adminicula, quæ in *Artic. 31. Conft. crimin.* requiruntur. Vid. ibid. Stephan. Zieritz, Bullæus, Clafen, Tabor & alii conf. *d. Gloff. in l. fin. C. de Accufat.* ubi Bart. & in *l. 1 C. de quæftion.* Tiber. Decianus *Op. crimin. Vol. 1. Refp. 18. n. 64.* Farinac. *d. l. num. 177.* Octav. Cacheran. *Dec. Pedemont. 79. num. 38.* Hippol. de Marfil. *d. §. diligenter. num. 60. feq.* Arnold. Reyger. *in Thefaur. Jur. fub voc. Tortura. num. 134. feqq.* Cothman. *vol. 3. conf. 29. num. 314. & conf. 30. num. 214. feqq.* Quo imprimis pertinet, ut interrogatio fit facta in genere, quis cum ipfo fuerit? non in fpecie: an Titius vel Sempronius fuerit? fiquidem hoc damnandam fa-

peret

peret ſuggeſtionem & nullius eſſet momenti *l. 1. §. qui quæſtionem. 21.* & ibid. Dn. Brunneman. *ff. de quæſtion. Gloſſ. in l. prius 17. ff. ad SCtum Sillan.* Maſcar. *de Probat. d. concl. 1311. n. 39.* Menoch. *A. J. qu. lib. 2. caſ. 474. n. 53.* Damhoud. *in Prax. Crimin. cap. 37. num. 12.* Carpzov. *part. 3. quæſt. 21. n. 22.* qui etenim ſpecifice interrogatur, dicitur per ſuggeſtionem interrogatus, & actus, qui ad ſuggeſtionem ſequitur, eſt nullus, uti argumentatur Farinac. *d. quæſt. 43. n. 132.* Sigiſm. Scaccia *de Judic. l. 1. cap. 86. n. 7.* Jul. Clar. *in Pract. Crim. quæſt. 21. num. 4. in fin.* ubi Judices monent, ut ab hac ſuggeſtioſa interrogatione abſtineant, ne alios indebite vexent & proprias animas perdant.

§. XXX. Quod tamen declarandum. (1) Niſi jam Reus fateatur, cum Sociis ſe deliquiſſe, & non exprimat eorum nomina, nam tunc poteſt interrogari & moneri ut eos inſpecie nominet. Farinac. *d. quæſt. 43. num. 132.* (2.) Niſi præſumtiones & indicia particularia contra certam perſonam militent, quo caſu quoque ſpecialis interrogatio non erit prohibita. Menoch. *A. J. Qu. d. l. num. 35.* Zanger. *de Quæſt. & Tort. cap. 2. num. 58.* Anton. Faber *in Cod Sabaud. tit. de Quæſt. Def. 7. n. 3.* Cothman. *d. Conſ. 29. n. 323. & 325.* Cui ſententiæ etiam calculum ſuum addit Farinac. *dict. l.* ut hinc non ſatis mirari poſſim, cur à citato Dn. Cothman. *d. l.* ut contrarius allegetur & refutetur. Hæc etenim videtur eſſe mens Farinacii, ſi recte cum percęperim, quod inculpatio Socii nullis præcedentibus indiciis & adminiculis facta nullius ſit valoris, & è contra ſufficientibus indiciis ſuffulta plurimum roboris habeat, ſive ea ſponte emanaverit, ſive da interrogationem Judicis, eamque vel generalem vel ſpecialem, uti patet ex collatione *n. 132. 147. & 190. per tot.* Id quod etiam intendit Dn. Cothman. *cit. loc.* uti probant *Gloſſ. & Dd. ab ipſo allegati.* Imo recta ratio & æquitas, ad quam ipſe Dn. Cothmannus provocat, idem dictitat, cum hic non tam inſpiciatur inculpatio, quam indicia, quæ inculpationi vim tribuunt arg. *Jurium ſupra allegatorum.* conf. Jul. Clarus. *in Pract. Crim. qu. 21. n. 4.* Joh. Bapt. Vulpinius *in Succo ex Farinacii Oper. Crim. d. qu. 43. n. 3. ſeqq.*

§. XXXI. Et hæc equidem (quamvis confuſè ſatis) à Dd. de jure ita tradi ſolent. Sane de conſvetudine aliud obtinere teſtis eſt Joh. à Reberteria *in Top. Jur. cap. 16. lib. 2.* Scaccia *de Judic. lib. 1. cap.*

onem extra controversiam esse reor, prout quilibet non stupidus ex Cap. 1. X. de Pact. etiam facile colliget.

X. Jure Canonico intra annum luctus fœmina nubere potest citra infamiæ periculum; cujus ineptam rationem à Pontificibus Urbano & Innocentio in Cap. pen. & ult. X. de Secund. Nupt. dari, à quibusdam absque ratione solida asseritur.

XI. Ille, qui bonis cessit, si iterum conveniatur, etiam de veritate juris Canonici exceptionem competentiæ opponere potest.



onem extra controversiam esse reor, prout quilibet non stupidus ex Cap. 1. X. de Pact. etiam facile colliget.

X. Jure Canonico intra annum luctus fœmina nubere potest citra infamiæ periculum; cujus ineptam rationem à Pontificibus Urbano & Innocentio in Cap. pen. & ult. X. de Secund. Nupt. dari, à quibusdam absque ratione solida asseritur.

XI. Ille, qui bonis cessit, si iterum conveniatur, etiam de veritate juris Canonici exceptionem competentiæ opponere potest.

